



This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

### Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

- + *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
- + *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
- + *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
- + *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

### About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at <http://books.google.com/>



**UNIVERSITEITSBIBLIOTHEEK GENT**



*m*







MARMOR  
PISANVM  
DE  
HONORE BISELLII.



# M A R M O R P I S A N V M D E H O N O R E B I S E L L I I .

Parergon inseritur de Veterum Sellis,  
Synopsis appenditur de Re Donatica antiquorum,  
quam breui spondet

A U C T O R

V A L . C H I M E N T E L L I V S I . C .

*In Pisano Lyceo Eloq. & Politic. Professor.*

ACCREDIT MYIODIA,  
Siue de Muscis odoris Pisanis

E P I S T O L A .



BONONIÆ, M. DC. LXVI.

---

Ex Typographia Hæredis Victorij Benatij. Superiorum permisso.





# SERENISSIMO COSMO III. Etr. Principi.



Loriosum Etrutiz nostraz, & ad memoriam posteritatis præclarum Romanos rerum dominos vniuersi penè orbis subiectis gētibus imperiosam legem dicentes, ciudem imperij ornamenta, ac potestatis insignia quasi sub lege, ac præscriptio ab hac vna nostrate gente accepisse. Ab eisdem nempè Etruscis, quibus religionum mysteria, sacrorumque obseruationes debebant: egregio veluti documento, nullum sine cultu, sensuque Numinis stabile Regnum esse. Fasces, Lictores, Prætextam, Sellam præcipue regnandi Symbolum, ijs acceptam tulere: *Omnia denique decora, & insignia, quibus imperij dignitas eminet;* vnius ut loquar Flori testimonio. Tibi igitur SERENISS. PRINCEPS Etrisci Regni Cādide, iure, meritoque sacra esto qualiscūque commētatio hæc: cuius

Lib. 1.  
c. 5.

cuius pars multo maxima, Etrusci inuenit, Sellæ nimirum, Sedendique honorem, & maiestatem respicit. Siquæ int̄ munera olim amplissima, ac veluti statæ, & solennia, Regibus (ut de Porsenna, ac Massinissa præter alios legimus) *Sella* mittebantur: accipe Tu COSME SERENISSIME, qua soles probioris dignitate, & candidi cordis indulgentia non Sellam, sed *Bisellium* meum è mōnumento saxeō, quod in vrbe itidem Etruriæ vetustissima, atque olim potenti, Pisis inquam Tuis asseruatur. Debeo enim uero Tibi criticum hoc schediasma, cœū donarium quoddam; cùm cæteris illis tam multis; tum hoc potissimum nomine, quoniam scitamentis hisce antiquicatum, & venerandi æui cognitionibus Adolescentiam Tuam, vel me patario obiectare non renuisti. Quid Adolescentiam? Hanc ipsam, qua flores luuentutem nobilitare pergis, atque instruere literatis elegantijs, & numerosa comprehensione artium, quibus ingenia ad magna fortuna cultum excitantur; quod Seruio Regi historicorum summus olim tribuit. Sed nullius iam monitoris indigus monere alios (ò rārum!) ac docere, idem qui imperare potes: sacris, profanis paratus: temporum, & populorum acta vetera, noua callens: terrarum sicut, fines, inter-

interiualla, si quid aliud, scientissimè tenens. Vasto nimirum illo fidelis memorie sinu, Magni Parentis Æmulator complecteris, ac seruas quicquid vspiam, vel assidua lectione, vel multiplici adloquio prudentium virorum cumulaveris. Verè namque Tragicus monuit.

Σοφία τύπων τὰς σοφὰς συνεστά.

Sapiunt reges sapientum congressu.

Iam enim quid Tibi tam in delicijs, quam vel eximius aliquis liber, quem Macedonis more in Naucratico condas? Vel πολυμαθίσαρος Vir, quem intra laureata penetralia ad longi sermonis commercium admittas? Ac mirari profectò subit, quemadmodum in isthoc Principalis Fortunæ splendore. (cum Plinio dicam Nepote)

Amas studia ut solent pauperes: in Aula maxima rerum agendarum contextu lucubras, ut ociosus: in vere annorum de literis maturè iudicas, expeditè differis, ut natu grandis Polyhistor. Ante diem Sapientia sese Tibi explicuit: Tuique præcellentis ingenij gloriam, si quo in alio,

Vis festina parat, tenerosque superuenit annos. *S. et. 1.*  
Quid mihi tādem promptius, aut breuius, quam *Achil.*  
Probitatem Tuam cū Fortuna Tua litigantem *Sen. 2.*  
dicere? Saculum herclè nostrum prorsus inau-*clem. 1.*  
ras,

*Enip.  
apnd.  
Stob.  
ser. 46.*

ras, atque illuminas; vere κόσμος, & Princeps  
Iumentutis regnat̄uræ. cui non ad exemplar tan-  
tum doctrinæ per amœna hæc, & multijuga stu-  
dia prælutes: sed prudentia, consilio, grauitate,  
religione ad heroicæ immortalitatis culmen-  
viam planè Regiam demonstras. Merito itaque

Pedo  
ad Lin.

— *Per Te virtusum exempla petemus,*

ac nemo facilè non pernosceret.

Mari.  
1. 9. *Quos decet esse hominum tali sub Principe mores.*


Quales Tibi sunt, inculpatos summus seruet re-  
rum omnium Custos Deus ad populorum felici-  
tatem, & bonum; ad Christianæ Reipublicæ  
ornamentum, & amplitudinem; ad eiusdem  
Diuini Numinis honorem, & gloriam.

Quando autem vera illud fide colis, & solida  
pietate curas.

Ovid.  
2. Fast.

*Sit superis oro mutua cura Tui.*

C.A.



## CAPVT PRIMVM.

*Ingressus ad scriptionem. Antiquitatum laudata cognitio. Pisarum nobilitas. Marmorei monumenti locus , vultus , epigraphe.*

Honor Bisellij

*à nemine hactenus visus , auditus , enarratus :  
conjecturis ad eum itur inuestigandum  
nulla certi fiducia.*



**V**etulenus quidam Aegialus , rametsi ignobilem vil-  
lam , ne dicam solitudine horrentem paludem in-  
agro Linternino possidens ; lautè tamen , atque iu-  
cundè sese habitare facebatur , quoniam Scipionis  
secessum , reuerendā sibi fortissimi cuius illuc exu-  
lantis imagine , ac memoria in animum recurrente ,  
incolebat . *Magna fama* ( magnus inquit Naturæ  
Consultus ) & *Vetuleno Aegialo* perinde *Libertino* fuit in *Campania rure*  
*Linternino* , maiorique etiam fauore hominum ; quoniam ipsum Africani  
colebat exilium , Plin. 14. 4. Planè idem mihi , ac multis alijs ( quibus  
vllus antiquitatis amor pertentat animum ) vñu venire arbitror , quo-  
ties veneranda aliqua veteris æui monumenta , cæteroquin puluere  
obsita , situ exesa , ignoratione , ac neglectu deserta ( cum tamen rari  
sint in Philologia pretij ) reperire , ac tractare liceat . Quid autem  
aliud sunt hac æterna ære , aut saxo constantia , nisi quædam exilia


A

Græ-

Græci, aut Romani decoris pulsū; & à communi, ac vulgari hominū fastidio, tamquam relegatæ eruditioñis secessus quidam, ac solitudines? Hoc ipso igitur placent, magnâque sui estimatione sensibus illabuntur; quoniam priscæ ætatis, maiorumque gentium deportatae ad nos reliquæ, suo ipso squalore, atque immeritâ desertione, perinde ac Scipionis Linterninum exilium Vetulenos, vetustatis nempè studiosos delectant. Si quæ autem vrbis in Herruriâ nostrâ, cùm æui antiquitatem, tūm refum' gestarum magnitudinem iactat, inter plerasque egregias Pisana est. Sed commune Italæ fatum, dominantis scilicet barbariei lasciuiem, ac furorem passa; an temporis cuncta sensim emolientis venenum experta, suum ipsa senium, atque edentulam (itâ vocabo) potentiam caduco narrat præconio. Inter pauca illic Romanæ ætatis vestigia, basis, seu arula seruat' è candido marmore, suam præ se capide elegantiā, ac sinceritatē ferens; quam nulla aut imperiti scriptoris supinitas, aut inuidiosa vetustatis labes corruptit. Vtinam indocti nunc Enarratoris (quod summopere vereor) oscitantiam pessimo omnium fato fortita non sit! Fa visebatur apud Roncionios vico S. Mariæ, qui ad maximam Aedem perducit. In horto delitescebat plurimū clauso, quem angustus, atque ignotus limes per posticum à domo seiungit. Hoc autem ipso (quantum opinari licet) paucis visa, aut obseruata inscriptio. Quamquam enim summa viæ hortensis, conspicuo alioquin loculamento, & ingressuris statim obuio conderetur: adnascentibus tamen illic fructibus, nonnumquam aut *τάπεδος*, aut *obseffa*, vix ullum sui indicium, ac pretium faciebat.

Sed migravit tandem lapis suum dominum, quasi Orpheum securus: Illustrissimum Dominum Ballium Cæfarem Roncionium, qui pulcherrima totius vrbis parte magnificentissimam propter Arnum insulam nunc habitans, secum illuc faxea Cimelia traduxit, atque in atrio disposerit cuius facilè inspicienda. Eam igitur, qualis est, literatam epigraphen suo vultu, suisque ductibus subiçimus.

Di-



Dignam sanè iudicamus, quæ ociosos non dimittat, atque aliud agentes inspectores, vel ob Honorem Bisellij vnum, à nemine hactenùs (nisi fallor) animaduersum, aut explicatum. Quin etiam nec alibi apud scriptores lectum, vel in marmoribus adnotatum. Hoc igitur Bisellium bis sedere, atque amplius multò in eius eruendâ notitiâ nos fecit; nec supersedere posthac nostris promendis coniecturis nunc admonet. Coniecturis, inquam, puris putis; nulla certi, atq; explorari fiducia. Periclitamus, diuinamus, sortimur: more eorum, qui tenebras iater, & lucem tentabundi potius repunt, quam gradiuntur. Omnino de secta ἀπόπτεως id vnum non dubitamus, dubitare, ambigere; οὐ πέχει.

Atque hoc saltem doctioribus viris imputabimus, quod fuerimus odorese qui; delitescentis prædar vestigia, ac cubile indicantes; quam ij

mox feliciter excutiant, ac deprehendant, quorum ineluctabili, & capacissimo ingenio nulla se subducit eruditio in saltibus tum æstius, tum hybernis disciplinarum.

In hac igitur indagine collustrandâ, dum prædam concupitam insequimur, non possumus (quod Venatores faciunt) non alijs quoque aduertere animum, quæ incident, & occurrant irrequisitæ. Pisana scilicet hæc inscriptio, alijs quoque lucem dabit; quod non erit ὅδε παρηγόν, sed ἵππον ferè necessarium.

Et quoniam vara vibiam sequitur (sumus enim in venatione) si quando ad pluscula egredi videbimus, non tamen præter rem, aut gustum eruditioris id factum voluimus. Sed ne longiori, ac molesto præludio (quod Plautinus succenset Megadorus) loquamur lapides, ad ipsa lapidis verba aggrediamur.

## C A P V T II.

**Q.** Largennius: à largo anno dictus: nihil de eo liquet. Lux temporum, & fax historie anquirere in nomina. Saxea mouere verba, aut ex ingenio corrigere, impudens, & violentum. Innectiuncula, & morsus in temeratores.

### Q. L A R G E N N I O .

**D**E hoc Quinto Largennio tam scio, quam qui penitus nesciunt. Nihil reperire licuit inter priscas literas: at neque libuit quidem obstinatè perquirere. Quis enim persuadeat sibi posse omnium nominum, quæ uspiam leguntur, origines nosci, ac tempora dijudicari? Operata ineptia, atq; irritus labor ubique, ac semper id conari. Nonnumquam, fateor, ingentis præsidij ad eliciendam eius, de quo queritur, veritatem, aut conjecturam: Sed mihi nullius usus ad eum, quem collimamus *Bifellij honorem* indagandum. Neque tamen omnino fuimus incuriosi in historijs, ac monumentis: nihil autem profecimus; quoniam & pro nostra quantulacumque, ac perfunditoria diligentia, non vola, aut vestigium apud Veteres comparet. Expectabimus sagaciorem, qui moneat, ac digitum intendat. Sexcenta eomodulo, flexu, aut produzione *Nesennius*, *Herennius*, *Pescennius* &c. Sic *Largennius*, forte à largi-

## DE HONORE BISELLII.

largitate, seu largo anno. In hac namque compositione, quæ annū vocem extremo verbo recipiebat, primam vocalē in secundam reḡ formabant. Cruteriani operis 543. pagina apparet idem prænomen *Quintus*, quod in nostro marmore; dein *Gargennius*, quod nolim tē, merē mouere, descriptorem inculans, & de Gargennio in Largennium transcribere. Potius enim cohibenda est; quām nutrienda hæc mala prurigo, quæ iam diu serpit saxeas literas pro lubitu recudendi. Quæ hæc audacia est plus, quām ferrea, quā gratuiti quidam Asclepiades medicas manus lapidibus admouent, quos nec viderunt, nec tetigerunt? Ac si vterius hic cancer proserpat, expecto, vt animosus quispiam Criticus variantes marmorum lectiones edat ad meliorum Codicum fidem; quos non Vaticana, aut Medicea Bibliotheca, sed Paria, aut Lunensis Latomia saxeis bene instructa membranis præferat. Quasi equidem pugillares lapideos præperibus amanuensium notis impressos, eosque multiplici exemplo descriptos apud se habuerint Veteres. Veteres inquam, sed Opici, & saxeī, quales Deucalion in aquas deiecit, durum genus, nondum in hominum natūram, ac rationem reformatos. Sed ad *Largennium* redeamus; in quo Latina se prodit origo à largo anno, sicuti & *Largiorum* creberrima mentio in Latinis historijs; cum tamen, quid boni contrà ex Gargennio eruamus? Quamquam & *Gargilius*, & *Gargettius*, & alia parilis initij reperire est. Sed suo loco, & nomine stet *Gargennius*. Quis enim nobis Iupiter id permittit, vt non homines in lapides instar Gorgonum, sed in lapidibus homines nostro iure mutemus? & *Gorgonia* tamen hæc truculentia non est insolens apud nostros Antiquarios.

## C A P V T III.

*Quisque ciuis suam tribum professus. Censoris manus eam assignare.*  
Mouere Tribu. Non omnes Gentiles, ydem Tribules. *Vnde tribubus nomina. Duplex vni Tribus. Integri populi, accinistes in suam tribum transcripta. Pisani è tribu Galeria,*  
*Florentini è Scaptia.*

### G A L. S E V E R O.

**N**ullus ambigo, quin literæ *GAL.* tribum demonstrent, in quam descriptus *Largennius*. Hoc enim plerisque vñitatum eam ins-

inserere post nomen, ut centies adnotare est in Veteribus saxis. Sic igitur carere tribu, aut seruile, aut peregrinum habebatur, monieri autem eā ignominiosum: ita necessum erat, ut quicumque ciuitate Romana gauderet, tribum quoque suam profiteretur? Stabat ergo arbitrio, & descriptioni censoriae, in quam quisque allegaretur. Evidem intet eos vna magis, quam alia illustrior, atque honestior censebatur: omnino autem rusticæ urbanis antehabitæ: quare tribu ille mouebatur, qui ex honestiori in minus honestam migrabat. Nil mirum igitur, si ambitionis causa suam nonnulli indicarent, quod & distinctionis ergo factum opinor haud raro. Si quidem non quicumque erant Gentiles, iij etiam erant Tribules; hoc est, non qui ex eadem gente, eamdem quoque tribum pariter sortiebantur. Imò vel ipsi inter se fratres, non tamen tribules subinde audiebant; quod eruditè obseruauit Thomas Reines. in epist. 35. p. 236. Ergo ex tribu dignosciebatur non numquam cuius gentis, quæ domus foret. Numerosæ namque familie in plura capita, aut domus latius extensæ; prout olim partem, aut regionem urbis incolerent, ita quoque in aliam, aut aliam tribum cooptabantur. Sed fermè tamen id factum, ut integræ gentes statam tribum fideliter retinerent, imò nomen ipsæ darent tribui; quæ origo plerisque tribubus fuit, quod viri docti autuunt; quos inter Sagonius 2. cap. 3. de Iure Ciuit. Rom. Panuinius lib. 2. Comm. Reip. Rom. Doctissimus Gruchius sparsim lib. de Comitijs; Rosin. 6. cap. 15. antiqu. Rom. Neque illud inobseruatum duas tribus eodem tempore ab eodem ciue fuisse retentas, quod in Octauiano Augusto cap. 40. tradit Suet. Goltz. in eo Principe pag. 193. ex veteri lapide Brixiano, & Panuin. in Ciuit. Rom. vbi de tribu Scaptria.

C. Iulio

Fab.

C. F.

Scapt.

Cæsari

Augusflo

Affert etiam Gruter. 226. 3. Fabia, scilicet, & Scaptria tribus memorantur: hæc tamquam gentilis, & nativa familie octauiae: Illa propria Iuliorum, in quorum nomen, & gentem per iura adoptionis petransiit. Id tamen ego puto rarissimum; quippe in vna certa tribu unusquisque ciuis erat censendus propter comitia, & suffragia, ceterasque

## DE HONORE BISELLII. 7

rasque perfunctiones publicas: nec vero licebat desuksiōriē, aut promiscuē munia occupare. In hac autem inscriptione honori posita Cæfaris Augusti, non miror, si utraque tribus nominaram se voluit gloriæ cœla, ut neutra mortalium tunc maximi, ac felicissimi altricem, & parentem sese reticeret.

Sed & Vrbes, populi, nationes, cum ciuitatem primo acciperent, in aliquam tribum, quantæ quantæ erant, referri gaudebant, quam perpetuò sequebantur. Prout verò eas beneficij alicuius origo deuinixerat, aut summi ciuiis auctoritas traxerat (alijs etiam de causis) ita studebant illi tribui nomen dare. Sic Circumpadani in Fabio, Lugdunenses in Stellatina, in Galeria tribu Hispani censebantur, quod idem Reinel. epist. 35. monuit. p. 236. Licet tamen coniçere Pisanos ad hanc maximè tribum pertinuisse; quod inscriptions monument, tum hæc nostra, tum alia apud eosdem Roncionios.

V. F.

*Q. Anquirinnius Sec.  
vndus. Occia. Agile  
uxor. Q. Anquirinnio  
Gal. Seuero &c.*

Fragmentum in agro Pisano repertum, in horro Francisci Spigliati Florentiae seruatum.

*Coniugi suo C. . . .  
Gal. Pisis Q. V.  
A. N. . . .*

Commune mihi fecit Illustrissimus Senator Carolus Strozza, Vir multis nominibus, antiquitatis potissimum studio, ac diligentia, moribusque prorsus antiquis mihi semper suspiciendus.  
Apud Grut. 558. 16. ex Apiano

*P. Ranfanine  
P. F. Gab.  
Cyninicus  
Pisis*

Hæc

Hæc ipsa igitur tribus Galeria in nostro marmore intelligenda est, in quam adscitus Largennius. Inter antiquissimas eam institutam à Seruio Rege autemant: meminit huius, tum Liuius lib. 27. Plin. 7. 48. tum Plutarchus, atque in opere Gruteriano perscriptis verbis 418. 7. 431. 1. 516. 4. centies vero comprehendiosè Gal.

Quod si vera est Panuinij lib. 2. Comm. Reip. Rom. coniectura, à Fluvio Hetruriæ Galeso desumpsit nomen: primò Galesia, deinde Galeria, solemni olim mutatione S. in R. Non prætermittam apponere nobis Florentinis tribum Scaptiam placuisse. Eadem monent Epigrammata apud Grut. 537. 3. 557. 1. 542. 8. & 5. vbi de Q. Gargenio, & 1018. 3. quæ in ædibus Saluatorum legebatur.

*Q. Tertia Q. F.*

*Scap. Lupus.*

Alia apud Bonarrotios Florentiæ visitur.

*Q. Septimio Q. F.*

*Scap. Primo Ec.*

In omnibus his & Florentiæ Vrbis, & Scaptiæ tribus coniuncta mentione. Pleraque affert Borghinius noster lib. de origine Florentiæ pag. 287. & seq Honorificum planè habeatur huic tribui Scaptiæ potuisse inter suos alumnos, ac tribulibus inter collegas centere Octavianum Augustum, quod allata superius monet inscriptio. Aritia autem oriundi fuerunt Octauij, quod Cicero, & Suetonius produnt.

## C A P V T IV.

*Magistratus in Colonyis, ac municipijs sèpè Aediles vocati. Aliubi Dictatores, Prætores. Plurimum Duumiri, & II Viiri Præfeti I. D. Potestas pro Magistratu: dissensum à Brissone, & alijs. Μποτεσάς. Επονεδτος, Podestà Ἀρχοντες, & σπαρχοι τῶν πόλεων. Quatuoruiri. Quatuoruiralis. Tres Viri. Sexuiri. Duumuiralitij.*

Duumuirales, Duumuirates, Duouirates. Simpliciter  
Magistratus, & ἀρχοντες.

## ÆDILI PISAS.

*D*E Aedilibus, eorumque honore; ac munib; in Vrbe rerum dominâ, multi dicere occuparunt; qñtorum scrinia compilare importu-

portunum foret, & ~~ad apudiorum~~: aut tories apposita repetere, modestius, quam dicit ~~μεταμόρφωση~~. Non verebor de municipali, aut colonico sedilatu quædam inspergere; tum, ut lapidi nostro lux aliqua accedat, alterique itidem Pisane inscriptioni; tum ut tricas quasdam eludam, quas obrudi video etiam à Viris doctis super hoc exponendo.

Aedilitium hoc munus in quibusdam ciuitatibus, aliter ac Romæ, excelluisse tamquam summum non ignoro; prout populis Magistratum suum, penes quem annua recurreret dignitas, & cura Reipublicæ, libuit, vel Dictatorem, vel Prætorem, vel Duumuiros, vel Aedilem, vel alio nomine reuereri. Videatur Cuiac, ad l. i. 8.C.de Decur. Gothofr. ad l. 4. D. de damno inf. 6.4. Alciat. ad l. Decuriones de V.S:

Dictatorem præfuisse Lanuuinis, vel vñus Cic. locus in oratione illa verè dictatoria cunctis eloquentiae fascibus inclita pro Milone ostendit Dictatoris Lanuini statu sacrificia. Item apud Cerites ex veteri lapide Grut. 214. M. Pontio Celso Dictatore &c. Spartianus de Adr. cap. i 8. Per Lasina Oppida Dictator, & Aedilis, & Duumuir fuit. Capuani Prætorem habuerunt eodem Tullio teste in Agraria secunda. Nam primum id, quod dixi, cum ceteri in colonyis Duumuiri appellantur, his Prætores appellari solebant; Campanam superbiam veluti notans. Sed in Hetrulcis Oppidis Prætura. Spartian, ibid. in Hetruria Præturam Imperator egit; ac vetus inscriptio Prætor Hetrur. xv. poplorum. Quod nonnulli in lapidibus P. R. II. Vir. exponunt, Prætores Duumuiros, frustra esse ego quoque sentio cum Velsero lib. 5. rerum August. p. 101. & malim Præfecti Duumuiri, sicuti alibi Duumuiri Præfecti I. D. Fundanis quoque Prætores; quare Flacc. i. Satir. 5.

— Fundos Anfido Fusco Prætore libenter  
Lingimus &c.

Ad quem locum Vetus interpres Prætorem pro Duumuiro explicat: more Græcorum, qui Duumuiros spartyns, hoc est Prætores vocant. Neque est tamen, quod Scholiares hunc morem aduocet, ut infra ostendemus. Gabij, ac Fidenæ Posestasem vocarunt Iuuen. Satyr. i e. vers. 100.

An Fidenarum, Gabiorumque Posestas?

Neque hic necesse est Posestasem pro ædili interpretari, cum duobus proxime carminibus rem diuersam & nominet, & describat Poeta.

Et de mensuris ius dicere, vase minora  
Frangere pannosus vacuis ædilis Vlubris.

B

Cum

Cum enim tot alijs nominibus suum Magistratum municipia renunciauerint, non est absonum, si Fidenæ, & Gabijs Potestates dixerent: genericam scilicet appellationem imperij, atque Iurisdictionis, pecuniam sibi faciendo. Saltem mihi æquus permittat id Lector, nam etiam adilem, quam alium quemuis Magistratum Potestatis voce subaudiri. Nobis quoque in municipijs, & pagis inferiores quidam Praefecti Iuridicundo Potestates hodie vocantur, ac si diuersum quiddam à dignioribus Magistratibus. Quo sensu, puto, & Iuuens de Gabijs, ac Fidenis scripsit; quippe deserta ea Oppida, an potius vici Horat. 1, epist. 11.

— *Gabijs desertior, atque Fidenis  
Vicus* —

Omnino Suetonius Claudi⁹ cap. 23. Potestates à Magistratibus distinctas voluit, tamquam infra hos. Atque etiam per Prouincias Potestatis demandauit &c. l. t. §. 1. D. quod quisque Iuris &c. Qui Magistratum, potestatemue habebit &c. Adi Lipl. cap. 1. de Magistrat. Græcis æuo sequiori Μποτεστάς, & Ποτεστάς. Vide Meurs. gloss. in utroque verbo. Eadem barbarie seculorum Potestaria pro Vicaria Iurisdictionis apud Petrum de Vineis, quē laudat Vossius 3. de Virtijs serm. cap. 36.

Alioquin Potestas pro summo Imperio apud I.C. l. 21 5. de V.S. Sueton. Julio 18. Compellari apud se maiorem potestatem passus esset; loquitur de Consule, etiam Calig. 26. fuitque per triuum sine summa Potestate, & resp. Nota in utroque loco adiunctum: nunc vocat maiorem Potestatem: nunc summam de Magistratus, & Potestatis differentia, vide quæ colligit Illigerus ad Donell. 17. 7. Tenuit ea vox apud Scriptores semibarbaros. Vide Voss. de virtijs serm. Radeuicus de rebus Friderici lib. 2. 10. de Principibus, quorum ad ordinandos Civitatibus Consules, seu Potestates alium alio dimittit. Sed ut ad Iuuenalem redeam, non tantum mihi est natio audax Poetarum, vt in illorum verba iurare venient. Prout enim causæ suæ seruientes exaggerare aliquid, aut eleuare recuperiunt, ita voces recudunt, ac formant: atque adeò satyricus Aquinas, vt magis extenuet eam Gabijs, Fidenis, Vlubris praefecturam, & honorem, Aedilatum, aut Potestatem substituit; & si forsitan non eo speciatim nomine appellaretur. Omnino autem Duumviri, ordinarius ferè Magistratus singulis annis colonias, ac municipia regebant: instar nempe duorum Consulum, qui Romæ præterant.

Græ-

Græcis nunc *Aρχορης των αρχόντων*, ut in l. i. 5. §. 9. de excusat. tur. hoc est *Consules*, aut *Principes Cenitatum*: nunc *σπατηγοὶ Praetores* l. 6. §. 16. eodem tit. quomodo *Iup. Horat.* i. sat. 5. At de Duumuiris passim testimonia, quorum uno, arque altero simus contenti. *Cic. de Agr.* 2. *Apul. Apolog.* r. In qua *Colonia* patrem habui loco *Principe Duumuiralem*, cum etis honoribus perfunctum &c. *Cæsar de bello ciuili lib.* 1. *Duumuiris omnium municipiorum imperat*, ut nauem conquirant &c. Pro suprema Potestate accepit, etiamsi forte alio nomine nonnumquam affecti: hi ipsi, & cum adiuncto, *Praefecti Duumuiri*, etiam *Duumuiri Praefecti I. D.* ut adnotauimus, & simpliciter *I. dicundo à Decurionibus creati*. *Gruter.* 195. 4. In Pisano decreto *IIViri Praefecti* &c. quasi iunctim pro eodem Magistratu. De hoc politissimo, & quantius pretij lapide Pisano, vbi annua funebria memorantur Caio, & Lucio Cæsaribus Augusti Nepotibus publico consensu decreta dicemus inferius. Scio Praefectos fuisse Româ missitatos ad *I. dicendum* in ea loca, quæ nec Coloniae essent, nec municipia; multata autem legibus, ac magistratibus *Praefectorum* nomen retinebant. Sed istis Praefectis (quos ne magistratus quidem dixere) nihil commune cum nostris municipalibus. Et quidem hæ Praefectoræ sublatæ post annum V. C. 560. Erat vbi pro *IIViris*, Quatuor gubernarent. facit *I. i. de solut.* & liberat. & in Gruterianis 426. 3. *Decurio Municipij* &c. *IIIViralis*, hoc est qui *IIIViratum* gesserat. Norat etiam Reines. epist. p. 176. sic Pistorij praefuisse Quatuor Viros iuri dicundo monet inscriptio ibi reperta, quæ in magna Aula Palati legitur.

*L. Babio P. F.*

*V E L.*

*IIIVir: I. D. Pistor.*

Sæpè occurrit in lapidibus *IV. Vir. I.D. Quatuor viros Neapolitanos, Cumanos* &c. nominat Cicero, & in saxis obvij, sicuti *Tresuiri, Sexuiri*. De Tresuiris Bouillanis Inscriptio haud ita pridem reperta propè Albanum. *L. Manlio L. F. Pal. Senero Regi Sacrorum Fictori Pontificum P. R. IIIViro Bouillensi* &c. Lapis cognobilis ob mentionem quoque fictoris Pontificum. Et quidem in eadem Colonia, quandoque simul *IIIViri*, & *IIIViri*, cum *IIViris*. Hinc suspicabatur doctissimus Vels. rerum Augustan. 5. p. 100. Duumuiras iunc fuisse principe loco:

Quatuoruiros, aut Tresuiros inferiori, ac dicto audientes: quam coniecturam neq; vanam, neque felicem aio. At *Duumuiratij*, *Duumuirates*, *Duumuiratij*, qui abierunt eo honore; *Duumuirates*, & *Duumuirates*. Adi *Inscriptiones Vett.* & *Ciriac.* Cod. lib. 10. tit. de *Decurionibus* l. 1. 8. & passim lapides. *Brisson.* l. 4. select. antiq. cap. 13. *Scipion.* *Gentil.* de I. Dictione l. 2. cap. 5. *Panciroli.* de *Magistrat.* *Municip.* cap. 8. sed & laxiori Collegarum numero Sexuiri vspiam administrarunt. Huc spectant verba I. C. ad *municipal.* I. *magistratus* 25. *Magistratus Municipales*, cum vnum *Magistratum* administrent, etiam unius hominis vicem substituerent. Ad hos scilicet intendit *Vlp.* *Duos*, *Quatuor*, *Sex*, *quorum officium individuum*, ac *periculum commune*; quomodo Antonius rescriptis Lentulo Vero l. 9. dicto tit. Simpliciter quoque & *yerizōē* nullo adiuneto, *Magistratus pro Duumuiris*, aut alijs, qui summo loco gererent l. 1. & 2. *C. de Magistrat.* *Municip.* & l. 8. *C. Th.* de *Decurion.* & in *saxis* s̄pē, *Aρχοντες*.

## C A P V T V.

*Duumuiri Colonici*, aut *Municipales* simulacra *Consulatum Romæ*; & *Consules* quand<sup>o</sup>que appellati. *Asserta ea appellatio contra Reinesum*, & *Velserum*. *Duumuirorum Fasces*. *Scipionis Gentilis submota interpretatio*. *Duumuiris vindicata Inviscidio*. *Bulengeri securitas*. *Quinquuiri*. *Quinquennales*. *Quinquennalitij*. *Quæstores in municipijs*. *Iacobi Gothofredi laus*.

**I**llibenter præterirem, quod sicuti frequentiori usu *Magistratus* suos *Duumuirorum* nomine gaudebant appellare extra *Vrbem* *vrbes*; dominantis scilicet (quod supra dicebam) *Reipub.* imitatione suos veluti *Consules domi reputantes*: ita haud tam absurdum puto, si quod fortè *Municipium*, aut *Colonia* (ut *Neapolis*, *Tusculum* &c.) *Consules* nominarint eos *Duumuiros*, quos regimini annuo præfecisset. Nullo modo id admittit doctiss. *Reines.* ep. 31. quæ est ad *C. A. Rupert.* pag. 160. & 161. & variarum 3. 16. pag. 603. in cuius eruditissimi viri sententiam, qui alioquin sua *Auctoritate* me strangit, gradior, sed non curro; loripes sum, & muleiberis affecta.

Scimus namque, præferrim de *Colonijs*, quod omni cultu usque ad ambitionem militari, ac spirare studebant *Vrbem parentem*; cuius

ex vero incolæ traduces ad alias inhabitandas terras mittebantur. Hinc Decuriones, alter veluti senatus, ac simulacrum quoddam amplissimi ordinis in Vrbe; de quibus intra plenius. Ex hoc corpore lecti Duumiri, quot Romæ Consules, eorumq; potestas æquo anni spatij cursu diffusa; quidquid Panciro. de Magistrat. municip. cap. 8. moneat, dum Quinquennales cum Duumuiris confundit, aut alij alter opinentur. Quod si isti Duumiri consilio, auctoritate, prudentia totidem quasi Consules in ea Republica prærant; quid verat, ut ambitionis aliqua Civitas eodem nomine Consulari Duumuiros nuncupasset? En Burdigala apud Aulonium de vrb. 13.

*Diligo Burdigalam; Romanum colo; ciuis in hac sum*

*Consul in ambabus —*

Nimis clare, ut censet Veler. d. lib. 5. pag. 101. qui & πρωθυπολε<sup>της</sup> τις vñs remedio mutauit.

*— — — Consul in hac sum*

*Ciuis in ambabus — — —*

Sed ore poetico locutum Ausonium censuit Reines. ego nihil variem redarguo. Atqui obstat, ( inquis ) consularis apicis augustissimum decus, quod vna Roma domina, mater, ac princeps cæterarum: sibi adscuerat, tamquam peculium suum, quod nulla sibi è vñiori civitatum grege Civitas usurparet. Sed placet interrogare: non ne Dixi statuæ nomen, ( scio esse extraordinarium ) longè augustius, atque excellentius Consulari? non ne Potestas sanctior, maior, formidabilior? non ne hic vñs Magistratus periculofissimus, ac difficilimis Reip. temporibus, vbi primum affulsi, cæteri honores conniuebant, ut exorto Sole minora sidera sepiuntur? & tamen permittimus Lanuvio tenui alioquin oppido, ut Magistratum suum vocet Dictatorem, neque vñlius αὐτοπολογίας arguimus Tullium, quod ita vocarit. Vocavit autem, quia is populus Lanuvinus, vel vñs antiquo, vel ambitione, vel alio respectu ita appellari maluit. Iurisconsultis itidem Consules pro Duumuiris, ut in l. cum quidam 30. de acq. hæred. *Durus Pius rescriptit Consulibus &c.* Consules, hoc est, Magistratus, aut Duumiri alicuius civitatis, qui de incerto iure, ( ut sèpè factum ) imperatorum culmen consulebant. Hotomano tamen placuit lib. 7. obseruat. cap. vñl. vocem Consulibus reformare in Consulentibus. Neutiquam vero mouendam censuit Scipio Gentil. de l. dictione lib. 2. 5. Consulentum hunc municipalem non inquire agnoscens. Scio itidem quod afferri solet,

solet, præter alia ornamenta, de fascibus, ac Lictoribus, quos Duumuiris olim tributos putant. *Duumuirorum impunè non licet extollere, potestatem fascium extrametam Territoryj &c.* Arcadius cum collegis l.53. C. de Decurion. lib.10. Cic. Agr. 2, de Campanis, & si indignanter. Apul. Miles. lib. 3. dat virgas Pytheæ Aedili; qui quennalibus quoq; tribuit lib. 10. vbi de Thyali; quamquam olim Bacilli, non fasces fuerint: atq; ea lege 53. *καταχρησινας* vocari fasces doceat Cuiacius; vt & Apuleio in fragmento Petronij Traguriano (de quo infra erit iudicium) *Inter hæc triclinij valvas lictor percussit &c.* Habinna secur est. At Seuri, aut Augustales infra Duumuiros. Fateor tandem, quod hæc argumenti aëies ab Insignibus ducti non tam firma est, quin facile obtundatur. Neq; tamē adprobo, quod idem Gentilis ex d.l.53. Fasces ad Ius ludorum, aut editionis transtulit, ne tesseram faceret iurisdictionis. Si namque verba Imperatorum expendo, vbi potestatem fascium vocant, ac territory mentionem injiciunt, spectasse eos auctoritatem, atque ius in Duumuiris, non inanem, aut ludicum splendorum facile adducor ut sentiam. Sed quod idem Reines omnem Duumuiris iurisdictionem abiudicat, ac solam relinquit notionem, non tam purum, atque illime est, quin aliter alii iudicent. Praet Paulus, ac turbam submouet, ut iurisdictionem vindicet Duumuiris l.26. D. ad Municip. ea, quæ magis imperij sunt, quam iurisdictionis. Magistratus Municipalis facere non potest. Ergo ea, quæ puræ sunt iurisdictionis, aut quæ magis sunt iurisdictionis, quam Imperij, omnino faciet. Sic Municipalis iurisdictione l. Incola 29. D. ad Municip. Hanc quoque opinionem affirmat Cuiac. ad l.1. 2. 3. 4. de iurisdictione Illig. ad Donell. 17. 7. Gothofr. ad l. 4. de damno infecto, specimen afferens iurisdictionis; præsertim usque ad certam quantitatem, de quo Paulus sent. Item pignoris capionem, legis actionem, seruorum castigationem, & curatoris dationem, de quibus idem Cuiac. ad d. l. 53. C. de Decurion. Bulenger. lib. 7. de Imperio Rom. cap. 9. Scipio quoque Gentilis l. 7. de I. dictione eidem fauet Duumuirali potestati, ut & lib. 2. cap. 6. Adi & Berter. pithan. l.b. 1. cap. 10. Vizzanum nouissime erudito opere de mandat. Princip. cap. 1.

Passim quoq; in lapidibus II. III. IIII. Vir &c. Iuridicundo. Sic Edilis iuridic. quod patet Gruterianum indicem percurrentibus. Non video interim, cur Gentilis moneat, numquam iuridicundo praesesse di-  
tum de his Magistratibus. Quid enim aliud signat II. III. &c. I. D.

nisi

mis Iuri præesse? Alibi *Duumiuri* præfetti *I. D.* ( ut protulimus sui  
pra ) qui autem præficitur , idem præst iuridicundo . Expressè om-  
nino in tabulis Pisaniis ( quas commendauimus ) æuo Augusteo dignis-  
simis . Neque *II Vir* , neque *Prefecti ex . . . o* , neque *quisquam in iuridicun-*  
*doprecat &c.* De Magistratu municipal i loquuntur .  
Ab hunc *Duumiuri* , summis Coloniariis , & Municipiorum cu-  
stodibus differlos facit *Quinquennales* merito existimat Veler. d. lib.  
p. 101. prolati saxonum testimonij . Nec variatur interim illus ( mo-  
ne) ut ei Bulengerus imponat lib. 5. cap. 18. de Imperio Rom. ex Pli-  
nio lib. 2. epist. 1. quam ibi ad Traianum scriptram apponit, cum ad Vo-  
conium Romanum sit ; tum quia in ea epist. non *Quinquennios* , sed  
*Quinqüenios* legitur ; tum quia Magistratum hunc *Quinqueuirorum*  
sumptibus minuendis constitutum opinor Rotæ tantum , atque extra  
ordinem . Sed *Quinquennales* extra Romanum Censoribus quibusdam  
similes in suis ciuitatibus præstiere : sic & *Quinquennij* sparium censio-  
ni facienda , vnde homini *Quinquennali* huic honori . Vide Rein. va-  
riar. lib. 3. c. 16. p. 602. Census namq; etiam extra Romanam habitus mu-  
nerum latem publicorum gratia : sic Decuriobus præsinitus centum  
millium , de quo Plinios ad Traianum . Inde *Censates* , & *Lustrum*  
in ijs ciuitatibus . Thyalis apud Apuleium 10. Metamorph. Quin-  
quennalis erat . De Adriano Spartanus cap. 19: apud Neapolim De-  
marchus , & in patria sua *Quinquennalis*. Ac saepe in lapidibus *Quin-*  
*quennalis* , & *Quinquennalitius*. Non desunt , qui eosdem faciant cum  
*Defensoribus* , sed nouissime reprehenduntur à consultissimo viro Iaco-  
bo Gothofredo magni parentis inclita prole in opere lucubratissimo ,  
ac diu experito ad Cod. Theodos. rom. 1. p. 62. & ad l. 7. eiusdem Cod.  
de profess. & med. Ut autem ad *Duumiuros* , seu *Consules Municipa-*  
*les* , aut *Colonicos* reuertamur ; diserte scriptit Magnus Casaubonus in  
notis ad Apuleij apologiam secundam , quod etiam *Magistratus Mu-*  
*nicipales* , *Consules* appellari non erubuerint , ac *Græcis* potissimum  
testimonij vtitur , apud quos verbum *πατος* de *Municipalibus* tales  
legitur . Has notas , nec dum à se vidas fatetur Reines . Scipio Gentilis  
( ut innuimus ) posse Consulum nomine , tum Romanus , ac dignissi-  
mos , tum *Municipales* *Magistratus* intelligi . De *Romanis* propriè ,  
ne dicam semper , usurpari debere ego sentio . Sed & ab aliqua *Ciui-*  
*tate* potuisse assumi id nomē ad *Magistratum* suum decorandum simul  
opinor ; ut quandoque , si res postulat , etiam apud Auctores non sit

inc.

ineptum interpretari. Ex vsu namque illius populi, aut Ciuitatis loquitur nonnumquam scriptor; nec tamen verum non erit (quod sapienter iudicat Reinesius) eam Consuluan appellationem apud quosdam populos tantum domi regnasse; ab ipsa interim Romana loquendi consuetudine abhorruisse. A consuetudine, inquam, nō tamen, quin aliquando (& si rarissime) Consularis appellationis fastigio Duumuiratus claruerit; & quidem eo scribentium vsu, ac proprietate, qua nunc Dictatores, nunc Prætores, nunc Aediles vocantur (nomina scilicet Romanorum Magistratum) summas rerum gerendarum habenas in Municipijs, ac Colonijs gerentes. Scitè prorsus, quis abnuat? & accuratè loquutus est summus dicendi Magister Cicero, cùm Dictatorem Lanuuinum, aut Prætorem Capuanum dixit. Spartanus ibid. de Adriano protulit. Per Latina Oppida Dictator, & Aedilis, & Duumuir fuit. Pro varia nempè populorum consuetudine, qua Magistratum suum hīc Dictatorem vocabant, hīc Aedilem, hīc Duumuirum; non verò quod Adrianus eodem in loco, omnes illos honores sustulerit. Theanum Sidicinum Quæsturæ titulo Magistratus suos insigniuisse ex Gellio 10.3. coniicimus; sicuti & Ferentini habuere; sed duos, ut constat ex narratione Gracchiana apud eundem noctium scriptorem.

## C A P V T VI.

Aedilis unus, pluresue in Municipijs, & quandoque summo loco. Aedilitas cur Italus honor? Iuuenalis illustratus. Aedil. IIVir; Aedil IIIVir; Quæstor IIVir. Aediles infra IIViros. Episcopi. Diuersa Magistratum nomina in Municipijs, & cur? Non semper summus, aut unicus illuc Aedilis: absum à Cuiacio. Aedil. Iuridic. Aedil. Annonarius. Magister municipij. Pisa ab antiquo splendore laudata. Decaprotia.

**A**D ipsum Aedilem, propriisque ad rem nostram gradum facimus. En ut nonnullæ ciuitates Aedilis nomine suum Magistratum nuncupabant; quod Spartanus tradidit, sed magis diserte Tullius de suo Municipio Arpino. Hoc anno Aedilem filium meum fieri volui, & fratris filium, & M. Cefum hominem mihi maxime necessarium (is enim Magistratus in nostro Municipio, nec alius ullus creari solet) quos &c. lib. 13. epist. 11. ad Brutum. Tres interim illic creatos Aediles adnoto. Et epist. ad Atticum lib. 15. ep. 15. Tu nummos Arpina-

pinatum si L. Fadus Aedilis petet &c. De Aedili tantum loquitur, quoniam unus hic honor praesidebat. Meminit & in 2. Agrar. Quod vero is unus aedilius Magistratus, nec alias Arpinis, ab Arpinate oratore dicitur creatus, de maioribus expono, aut de summo, cui id nomen *Magistratus* nullo adiuncto conuenit. Nouariæ tribuit Suet. de claris. Rhet. C. Albarius Silius Nouariensis, cum aedilitate in patria fangeretur, cum forte ius dicere, ab eis, contra quos pronunciabat, pedibus e tribunal deiectus est. En I. dicundo præterat tamquam princeps; en quoque tribunal, contra ac municipali Magistratu denegatum asseuerabat nimium securè Scipio Gentilis 2. 6. & 24. de I. dictione. Idemq; Iuuen. sat. 3. vers. 179. summos Aediles vocauit in municipijs.

*Sufficient tunica summis Aedilibus alba.*

& sat. 10. vers. 102. Vlubris dat Aedilem Latij oppido.

*Frangere pannosus vacuis Aedilis Vlubris.*

Aretio nostro in Tuicia, siue Ereti in Sabinis Pers. sat. 1. vers. 129.

— Italo quod honore supinus

*Fregerit heminas Areti Aedilis iniquas.*

Alphenus I. C. l. 30. §. 1. D. locati. *Aedilis in municipio balneas conduxerat &c.* quem locum vulgo afferunt, ut & l. 13. §. 8. codem tit. ad quæ iura Gothofr. ex Brisl. 3. Select. 2. & ex Duaren. 1. Disput. 26. Sed locus ille Alpheni non satis aptè probat vnicum fuisse Magistratum in municipio Aedilis appellatione, ut inferius explicabimus. Ipsa verò l. 13. magis respicit Aedilem Vrbanum, quam Municipalem. Addatur potius l. 2. C. si teru. aut libert. & passim antiqui lapides praefertunt. Hinc illa nota A. P. hoc est Aedilitia Potestate; sed & cum adiuncto, atq; expresse *Aediles municipales*. Cruter. 163. 2. nihil ut mirum sit, si ea fortasse mente Italum honorem vocet Persius ob frequentem eius usum, & appellationem in oppidis. Iuuen. quoque sat. 3. vers. 171. *Pars magna Italia est &c. & d. vers. 179.*

*Sufficient tunica summis Aedilibus alba.*

Summis, quoniam iij ferè præterant in Italæ oppidis. Velsor. lib. 5. p. 102. imitatione Vrbis matris binos, quaternos nonnunquam in Coronis fuisse censer Aediles; quod & inscriptions suadere videntur; neque ego penitus improbo; sed hoc interim aio *Aedil. II Vir*, vel *Aedil. III Vir* &c. posse etiam exponi, quod per honorum gradus fuerit quispiam primo Aedilis, dein vero Duumuir, aut III Vir, diuersique

sisque temporibus, diuersos Magistratus adeptus fuerit. Tres Arpini fuisse Aediles locus superius allatus à Cicerone quincit: in saxis inscriptis. *AEd. IIIVir. & AED. IIIVIRAL.* sic *AED. IIIVir. & AEdilis, Quaestor, IIIVIR.* Quæ lapidea quidem testimonia, ac proinde grauis, & immortæ fidei illud, ut libertijs credam, efficiunt; duos alicubi, plus resue Aediles fuisse; quod tentit Cuicac. ad l. 18. C. de Decurion. Gothofr. ad d. l. 2. C. si leu. aut libert. Quocirca cum occurrit *IIIVir.*, *IIIVir.*, *AEdil.* &c. in eo municipio, non unum, sed duos, aut tres fuisse Aediles publicis curis praefectos intelligere licebit. Hos ipsos generali nomine *Primatum* fuisse comprehensos non dubito, quales appellantur lib. 7. tit 17. C. Theod. de Dectoribus l. 13. *quod ad notitiam primatium urbium, vicorum, castellarum &c.* Atque his ergo Aedilibus, quos toties legimus, adiungimus nostrum quoque Pisaniū; in qua Urbe talem viguisse honorem suspiam, quod sciam, perhibent monumenta, excepto hoc nostro Marmore. Quod autem Veller. lib. 5. pag. 96, rerum Augustanarum Dictatores solum municipijs, non Colonijs præfuisse scripsit, vti apud me οὐέως δε ται, ita illud assentior, in Colonijs Aediles infra Duumuiros extitisse. Sin aliquis à me querat, unde hæc nomenclaturæ diuersitas, qua suos honestabant Magistratus in Colonijs, ac Municipijs, primum est dictu, non tam facile est certi aliquid dicere. Pro ipsa forte populorum consuetudine, ac veteri instituto, siue ante, siue post Romanæ Ciuitatis ius imperatum; aut qua Græcam, aut alienam originem profitebantur, ita crediderim varia nomina usurpare in suis rectoribus designandis. Illud quoque adiungere haud foret incongruum, pro vario gradu Romanorum Magistratum, nunc inferioris, nunc altioris ordinis fibi quoque adsciuisse: qua Ciuitatis amplitudo, aut tenuitas postulare videretur; atque id permisso Præsidis, aut Romani Senatus fuisse factum non ineptè crediderim: prout quoque ambitionis titillaret illecebra, dum magna nonnulli, & illustria de se iactare gaudent, buccas inflando insolentiores, & quidem nonnullos, & si tenuibus impositos oppidis, aut municipijs, altè, & arroganter spirasse comperimus. Quare Saluian. de gubern. Dei 5. *Quæ sunt non modo urbes, sed etiam municipia, atq; vici, ubi non quot Cursiales fuerint, tot Tyranni finis?* Alioquin municipia, & municipales non raro contemptui, præteritum ipsi Romanis. Cic. 3. de ll. *Homines municipales, & rusticans, & sèpè alibi, Iuuen. sat. 8. 237.* — *Ignobilis, & modo Roma municipalis eques.* Sidon. 1. 2.

Non

*Non eminens, quam municipaliter natus. Sic Schola municipalis apud Auson. & Oratores municipales eidem Sidonio: quomodo ad extenuandum municipalis adulter Tacito 4. annal. Hinc & municipalis magistras cui obiecta humilitas. Suet. Cālig. 23. etiam ignobilitatis quadam ad Senatum epistola arguere auctus est, quasi materno auo Decurione Fundatio ortam. Et Aug. 2. municipalibus magisteriis contentus. Iuuen. sup. Pan- nosus vacuis adilis Vlubris. D. Augustin. de cura pro mort. ger. Vix il- lum inter Duumuiros sua patria ad lectum &c. Haud aliter nobis munici- cipes, Castellani. Quo sensu Tacitus, ut obscuritatem argueret lib. 6. Oppidanum genus vocavit. E' diuerso municipia ipsa, Coloniz, Civis- tatesque inferiores suarum sollicitate dignitatum ita Questorem, Aedilem, Praetorem, Consulem, Dictatorem, Duumuiros haben- re voluerint; quatenus comitatu, opibus, splendore, superbia etiam, & opinione retinere illos in honoris auctoritate, & fastigio potuisse- sent. Et (quod verius existimo) prout munierum publicorum, cuius- quisque procurationis ratio magis unum, quam aliud magistrandi no- men, atque officium flagitasset. Aedilatus autem praecipue, quo- niam sarta recta seruare, populumque pacere, latitiaque, & ludis du- cere ordinaria cura apparuisset. Atque haec forte an causa, cur tam frequens id nomen Aedilium in municipijs (quod superitis adnotabam) quoniam, quae imperit essent, atque auctoris regiminis, deque grauiore rerum gerendarum forent Consilio, ad Praetores, Praefi- des, Proconsules, ceterosque Provinciales Magistratus pertinebant, quos Roma misisset. At vero ea, quae copiam, & domestica (ut ita vocem) negotia, populisque nutrimenta, ac latitiam, Urbisque se- curitatem, atque inuiditatem spectarent, Municipalis Magistrati, qui pa- triam suam praesens, ac videns tueretur, seruabantur. Vere enim po- pulus duas tantum res autius operatur.*

*Panem, & Circenses Iuuen. 4. 81.*

*Ille apud Apuleium miles. Annonam caramus, ait, & aedilem gerimus. Erat autem Aedilis Hypatæ in Thessalia. Quo sensu, & Episcopi alio- nomine in Municipijs, qui ea munia obibant rerum venatum, ceu quidam Aediles, pretium, sanitatem, copiam panis, ac cibariorum cu- rantes. De his Arcadius l. fin. 5. item Episcopi de muneri, & honore ibi Gothofr. Pancir. cap. 13. de Magist. Municipi.*  
*Neque tamen in ea opinione versor Aedilem in Officibus, siue extra Romanam pro summa potestate Municipalis semper accipi debet;*

re; aut semper unicum fuisse Magistratum, qui in eo municipio crearetur, nunc Aedilis, nunc Triumuiri &c. nomine, quod Cuiac. docuit ad l. i 8. C. de Decur. Scipio Gentilis a. 5. de I. dictione, à quibus viris liceat et si cum verecundia recedere. Immo namque præter Aedilem eodem tempore habuere Duumuiros, Centores, Defensores, Quæstores, aliosque Præfectos: aut duos, inquam, aut plures Magistratus; penitus autem euincitur ex fragmento fastorum municipalium, quos profert Golz. in Aug. pag. 213. & Grut. 299. vbi, in eadem ciuitate, & in eodem anno legitur, qui fuerint Duumuiri, qui Aediles, aliquando Quæstores additi, prout creati fuerant eo anno; nonnumquam generico nomine *Magistratus*, pro Duumuiris, aut Summatibus. Haud secus Pisii fuere & Duumuiri, & Aediles, tamquam diuersi, & alij Magistratus, vt dicemus. Item apud Cærites Grut. p. 214. Scio extra Vrbem, quin etiam Romæ, vix accenseri honoribus Quæsturam: nec ignoro quod scripsit I. C. l. 18. de munere, & honor. *Quæstura in aliqua ciuitate inter honores non habetur.* Est igitur tamen vbi honor audiuerit: vbi vero Aedilis in aliquo Municipio, aut Colonia primas tenebat *Aed. iure dicendo*, merito vocari poterat, vt in antiquo lapide municipi Cæritum d. p. 214.

At *Aedil. Ann.* ibidem; quasi à Superiore distinguatur, qualem possumus Pisanum hunc agnoscere, cæterosque in ijs Colonijs, vbi digniori loco alij præcessent Magistratus. Immo namque ædilitas quandoque gradus ad Curiam: adeo alicubi Aediles, non modo summum locum non obtinebant, sed infra Decuriones habebantur, nisi testimonio decipior veteris I.C. municipalis apud Grut. 408. 1. absque cœsus per Aedilitatis gradum in Curiam nostram admitterentur. &c. Aliarum Ciuitatum alios Aediles Gruterianus index volentibus prodit; ac de ædilibus municipalibus quedam Bul. 7. de Imperat. R. c. 15. Non placet tamen, dum Magistros municipij pro Duumuiris exponit ex loco Suet. Domit. 14. *Municipalibus magisterijs contentus.* Est enim Magisterium idem, ac Magistratus, aut Præfectura: non vero quia e nomine *Magistrorum* II Viri vocarentur. Sic, & *Magisteria Sacerdotij* pro dignitate. Suet. Calig. 22. Confusaneam eiusdem Bule. eruditonem, & quandam velut auctoritatum *prætoriis* male digestam tu vide. Dum vero sellam Curulem Aedilis, & immunitatem a Tute la expedit, parum mihi videtur distinxisse Aedilem Curulem à non Guruli, & Romanum à Municipali. Hoc itaque pacto *Aedilem Pisatum*

num interpres: non pro vno, & summate; sed qui, Magistratis altioris ordinis maiora curantibus, & dilitia ipse munera obiret: quod quidem arguit Pisanae Coloniae olim magnitudinem, ac splendor rem. Duumuiros enim Pisis praefuisse docent eximis illae tabulae marmoreae Decreti funebris, ubi & Decemprimi apponuntur; qua quidem Decapratoria docemur numerosum fuisse Senatum, aut Curiam, virisq; refertam dignissimis, e quibus illi Decemprimi legebantur. De hac Priorum decem excellentia V. Vellerum rer. August. l. 5. pag. 95. Rein. epist. 394. & nos inferius cap. 37. Disertè in eo decreto legimus; Quicumque possea in Colonia II Vir, Praefecti, sive qui alijs Magistratus erunt &c. quibus verbis plures Magistratus domesticos Pisis consedisse liquidò constat. Usque ad tria enim, aut quatuor illorum genera Vlp. I. C. l. 1. & 2. de Decur. in Colonijs, aut Municipijs non veretur simul admittere.

## C A P V T VII.

*Sepulcreti Pisani magnificentia. Tabula illic marmorea de inferis Caij, & Lucy Cass. elegantissima Praefectus ærario Pisanius. Questor ad Aerarium. Questor ab æratio. Pancirolus reprehensus. ἀγοράμος; ὀικοδόμος ἢ πόλεως. Arcarius. Curator Reip. Curator Calendarij. Florentini, non Fluuentini. Pisana inscripsio restituta de Curatore Kalendarij Florentinor. Pisa municipium, Colonia. Pisani Coloni Iulienses: in domum Augustam obsequentiissimi. Flamen Augustalis Pisis. Praefectus arar. Roma; & qualis Pisis? Lapidis nostri tempora in dagata. Pisas gignendi casu.*

**I**N ære suo me tener Praefectus ærarij Pisanius, quem nobis ingeunt exdem tabulae marmoreæ de inferis Cæsarijs. Seruantur parieti infixæ, in conditorio, aut sepulcreto ad Aedem maximam operum omnium, quæ Christiana vñquam tentauit magnificencia, ac pieras pro ea ætate pulcherrimo. Illæ sic habent in eo decreto, quod ad Caïum Augusti Nepotem attinet. Quando eo casu (cùm municiarus esset decessus Caïj Cæsarisi) in Colonia. Neque II Vir, neque Praefecti: Er...o (æratio) neque quisquam iure dicendo praerat. Et infra II Vir, Praefecti, sive qui. ali. Magistratus &c. Hos enim posteriores Praefectos præcipue refero ad ærarium, quos paulo ante nuncupamus

tim

tim nominarat lapis. Curam ijs ihiunctam fuisse publicæ pecuniae non  
mo non videt: qui in alijs lapidibus nunc Quæstores, nunc Arcarij  
vocantur. Non enim puto Præfectus hic ærarij Pilani Româmitieba-  
tur, tamquam Magistratus Provincialis, aut susceptor; tūm quia non-  
dum in Vrbe repertus erat hic honor, vt infra dicemus; tum enim;  
quoniam in Pilano decreto agitur de Magistratu Colonico. Quo au-  
ctore, & præsente Decuriones maiorem suis Consultis vim, ac firmi-  
tatem adstruerent, & obsequium Pisanae Coloniæ adprobarent in doc-  
num Augustam, parentalē eā lege quot annis seruanda ad augendos  
honores Caij, & Lucij, quos immatura mors, & acerbum Romano  
Imperio fatum abstulerat. Municipalis ergo fides, ac deuotio à Mu-  
nicipali Magistratu memorie illorum Cæsarum exprimebatur. Inter  
Municipales Magistratus neutiquam hunc Præfectum ærario agnouit  
Pancirolus, cui noster lapis inuisus, sed poterat alium vidisse ex inscri-  
ptione Gruter. 214. de Municipio Cæritum. C. Suetonio Claudiano edi-  
le Iuredicundo. *Prefecto ærarij.* At meo iudicio latius fuisse si cap. 19.  
de Municip. Mag. talem nostrum intellexisset, qui pecuniam exigeret,  
collocaret; ærario, aut arcæ inferret, promeret, condiceret; publicos  
redditus, rationesque dispensareret. Reperiō in hac ipsa Vrbe Pisana  
*Quæstorem ad ærarium,* vt exprimit lapis Luce seruatus, à Cyriaco  
Anconitano in suo itinerario, nisi fallor, productus.

*Decurioni Pisis Quæst. ad ærarium.* II Hæredes &c. Sicuti vocatur hic  
*Quæstor ad ærarium,* ita dixerunt *Quæstorem ab ærario,* vt apud Grut.  
437. 2. 1026. 9. Alius est autem Αγοπαρόμος, hoc est Aedilis, de quo  
Pancirolus d. cap. & aliis ( quem tamen confundit ) est οἰκορόμος τῆς  
Ἄθηνας, vt ex D. Pauli epist. ad Rom. quem Hieronymus, seu vetus  
interpres *Arcarium* vertit, ac forte suppar est Præfecto ærar., qualis  
hic Municipij Pisani. De Arcarijs quædam norat e veter. epigram.  
Reinel. var. lib. 3. p. 395. V. & Samuel. Petit. 3. obseru. 7. Fuisse ta-  
men Pisis Quæstores Provinciales eadem tabula ostendit extrema.  
*Coram Pro Quæstoribus primo quoque tempore &c.* Hoc est Provincialis  
Quæstoriis, vt ego malim exponere, quam Proquaestores huc ad-  
uocare. Cætera hunc Præfectum ærar. Pisani non absimilem statui-  
mus *Curatori Reipub. vel Curatori Calendarij*, de quibus idem Panc.  
& magis huic secundo; cuius erat non prædia, sed pecunias curare fo-  
noribus, ac nominibus. Habant enim Corpora, & Collegia: habe-  
bant & Ciuitates suos Calendarij Curatores, qualis nostræ Florentiæ  
fuisse

frisse legitur in veteri marmore itidem Pisis apud eundem Roncioneum. Placet verba lapidis afferre, quoniam nobis Florentinis vindicias dat litteræ R. Scimus enim nos quoque hirrire, & litteram caninam exercere præsertim aduersus sciolos; nè quis obstinate Fluentinos nos velit, quasi fluxos, vel fluidos. Aedepol. in hac ipsa nostra Ciuitate R. amississe contumeliosum est: ita enim ludere solet plebecula, aliquem notans temulentiaz, & ρωβηώτερον, cui ob offensantis linguez, & vino insuccaræ tumorem non bene exprimitur. Ea sunt verba inscriptionis male exscripta à Borghinio nostro, male recepta à Crut. 444. 5. ex qua prava lectione nescio quid comminiscuntur de Prima Ala Florentinorum. Vti optima maxima fide sic habent.

*q. Obsequentius Senerinus*

*Aug. Pisæ*

*Cur. Kal. Florentinorum.*

Cum verò in littera K duæ lineæ, quæ cuneatim obiacent, paululum deletæ per æratem fugere incipissent (manifestissimum tamen earum vestigium in marmore adhuc eminet) putarunt esse: litteram I numeralem luscitiosi exscriptores. Mox in fine syllabæ AL gratuitâ audaciâ somniatam E apposuerunt, ut conficerent I. ALE. hoc est præmæ Alæ. Sed vero Cur. Kal. sculprum fuit, idest Curatori Kalendarij. Illud interim mihi subolet Pisanos Ciues omni industria, omnique arte studuisse, ut Octauio Augusto adularentur; seque, ac suam Coloniæ inter addictissimas eidem Principi, summisque deuinctam beneficijs profliterentur. Olim Pisæ Municipium verustissimum, ut expresse eas numerat Paulus ex Festo in verbo *Municipum*. Sed ducti postmodum Coloni teste Liuio V.C. 572. Ptolem. Πίσα Κολωνία: V. Cluuer. antiq. Ital. 2. 2. *Coloni Iulienses* appellari voluere, ut vrbs ipsa *Colonia Julia Pisana*, cui & cognomen obsequentis addidere in Decreto Pisano. *Vii Colonis Iuliensibus. Colonia obsequentis Julie Pisana &c.* sic etiam Octauij Augusti nepotes hinc Caium compellant, *Coloniaque nostraræ unicunq; Praedium*. Lucium illinc in altera tabula *Patroni Coloniæ nostra* titulo demonstant. Aut quia magnis beneficijs affecti fuerint Pisani ab Augusto, & eius domo; aut (quod multæ tunc fecerunt Coloniz) ad splendorem, & opinionem dignitatis auctopandam, nomen Iulæ, & Iulienſis Coloniz affectauerunt. Cum enim in Gentem Iuliam

liam transierit Augustus, in hanc ipsam appellationem migraverunt  
Coloniæ addictiores, quod Golzius pridem obteruauit, & Veller.  
lib. 6. rer. Augst. pag. 117. Neque enim puto iterum Pilas sub Au-  
gusto scriptos fuisse Colonos; nec sinerent historiæ id à nobis igno-  
rari. Ad hæc, viuente quoque Augusto, templa dedicarunt in foro.  
Eadem tabula, quæ ad Lucium attinet *In Foro. In Augusteo.* Q[uod]a de  
causa & Flamen Augustalis Octauio decretus ex Principibus Colonæ  
*Statulennus. Iuncus. Princeps. Colonia. nostra. Flamen. Augustalis. Semel,*  
atque iterum in altera tabula, quæ de Caij honoribus eit. Quos qui-  
dem honores funebres tum in allato nuncio vtriusq[ue] nepotis detun-  
eti, tum in annuis parentalibus seruandis, quanta maxima publici do-  
loris testatione, quæstissimaque interiarum j[u]ou[er]pa, & ap[er]paratu decre-  
uerunt Pisani Ciues; tabulisq[ue] marmoreis in spem æternitatis inscri-  
perunt, quas hodie legimus: omnino legi dignissimas, & Augustei  
æui excellētia, & latini sermonis candore, & funebrium efficiorū  
ritu præstantes. Utinam non illarum alteram, quæ de Lucio Cælare  
agit fœdi vulneris hiatu inuidiosa vetustas, an barbarorum temporum  
incuria violauerit! irreparabili, ut opinor, damno, quod perpetuū  
Musæ defleant, solus illarum parens, divirandi peritus explere possit.  
Sed id tamen solatio, quod verba desiderantu, sententia commode  
excerpitur. Altera tabula magis rimata, quam imminuta est; easq[ue]  
accuratè exscripsit, doctum nescio quid φιλολόγημα in viramque con-  
coquens amicissimus noster Franciscus Maria Fques Ceſſinius in Pisa-  
na Academia CL. Antecessor, qui scientiam Iuris æquissimis mori-  
bus probat, amœnioris autem litteraturæ cultu affatim exornat. Ioan-  
nes quoque Pagnius Medicus Pisanus eruditione nobilis pares hume-  
ros huic moli sufficit. Vulgarunt eas olim Abbas Porghinius in suis  
dissertationibus, Abbas Vghellius, vbi de Vrbe Pisana t. 3. p. 389.  
Curtius Pichena ad Tacitum lib. 1. meminit Reines. in epist. 65. p. 582.  
quæ est C. A. Ruperti ad Reines. & p. 179. & 394. nouissimè Reue-  
rendiss. Octavius Boldonius Antilles Reatinus p. 57. epigraphicorum;  
quem virum vti religione, gravitate, senio, doctrina venerabilem  
iudico, ita benigniorem exoptarem in ea censura, quam exercet in au-  
rei seculi monumentum. Qi od verò pronuper in ijs tabulis Augu-  
stum legimus, non indignum est aliqua examinis cura. Potest namq[ue]  
Augustum exponi forum. Augus̄tor Suidæ in Augus̄tos, & ab Augu-  
sto sic forum vocatum tradit. Medij æui scriptoribus γεγονο̄: quod  
forum

forum cupidinarium explicant. Sunt enim *Cupido* cupediae. Sed absudit  
hæc interpretatio à Pisana inscriptio. Narratur enim ubi factum, aut  
scriptum fuerit id decretū: & statim incipit *XIII. K. Octobr. Pis. in fo-*  
*ro. in Augus. 10.* Si forum iam dixerant, cur Augusteum repetere? nisi  
discriminis gratia, ut ab aliquo alio foro secererent. Sed *in super-*  
*vacaneum.* Secundo *Augusteum*, hoc est Prætorium, vel *Augusta-*  
*le*, & Domus publica, in quam de more conueniunt Decuriones ad  
consulta facienda. Sed hoc *Augusteum* vix digna vox eo seculo Augu-  
steo. Tertio templum (& puto verius) à cultu Augusti sic dictum: ut  
Serapeum, Heracleum, & multa id genus. Quin *Sibæsior*, siue *Au-*  
*gysteum* reperio ita appellatum templum Alexandriæ in honorem  
eiuldem Principis apud Philonenæ lib. de Legatione ad Caïnum accu-  
rare descriptum. At repugnat quod Dio scribit lib. 51. à viuente Au-  
gusto nemini permisum condere templum suo nomini dicatum in  
Italia. Indulsit prouincijs, ut de Tarraconensi testatur Tacit. lib. 1.  
ann. & de Pergameno lib. 4. Suetonius tamen in vita cap. 52. ita scri-  
psit. *Temple quamvis sciret etiam Proconsulibus decerni solere: in nulla*  
*tamen Provincia, nisi communis suo, Romaque nomine recepit: nam in urbe*  
*quidem pertinacissime abstinuisse hoc honore.* At Aurel. Victor etiam *Ra-*  
*ma &c. viuo, mortuoq; templo, sacerdotes, & collegia dicata refert.* Non  
est igitur cur Dionis auctoritas nos deterreat: adstruente præsentim  
lapidis nostri testimonio viuentis ætate Augusti inscripto; in quo *Fla-*  
*xen*, etiam *Augustalis* memoratur; argumento templis, ac religioni-  
bus cultum Pisæ Augustum. Ac fortassis hic Princeps Pisani per-  
misit, ut delubrum construerent suo nomini; quo pacto in prouincijs  
fecerat. Hæc obiter, sed non inviète nobis expressa; & si parum obse-  
cundantia magnorum virorum adnotationibus ad ea loca cum Suetonij,  
cum Cornelij. Ed interim spectant, quod rendebamus; ut Pisanae  
Coloniae splendor, quin etiam charitas, & obsequium in Domum Au-  
gustum magis innotesceret.

Sed ut revertarum, unde digressi fuimus; quodd Præfectos æratij in  
Colonia Pisana nobis exhibent lapidea hæc Monumenta, non eò tra-  
hendus (quantum opinor) locus Livij lib. 34. V. C. 558. *Litteræ M.*  
*Cinçij (Præfectus is Pisæ erat) altaria: Ligurum, &c.* Potius enim hic  
Cinçi Roma missus, & à Senatu impositus Pisanae Civitati, ut cu-  
ram gereret rerum præsentim belliarum periculo tempore, cùm  
Ligures Alpini excursionibus vastarent agrum. Hic & Sedes Præ-  
toris

toris aliquando Pisis statuta aduersus eam gentem, quæ subinde è suis saltibus ad prælia, & populationes erumperebat; ægrè tandem, tandemque perdomita. Possumus tamen & Præfectum Colonicum interpretari, quo nomine Præfectorius Luius, ut quemcumq; demonstraret Magistratum, penes quem Reip. Pisanae cura, ac iuris dicendi sors. Non est ergo Præfectorius Aerarius, qualem in his lapidibus legitimus: nulla namque ærarij mentio; imò nec dum eo tempore inuentum id nomen Præfectorius ærario. Ad Quæstores tunc attinebat ea procuratio, quæ dein Prætoribus iniuncta V. Lips. in excurs. ad 13. annal. Tacit. C. A. Rupert. ad Enchirid. Pomponij cap. 8. Brisson. Select. antiqu. 3. 19. Augustus quidem primus induxit Præfectum ærarij militaris in Urbe, quod coartit anno V. C. 759. teste Dione lib. 55. at è Decretis Pisanijs, vnum post mortem Lucij factum est; altero anno in obitu Caij alterum. Ominino antequam Romæ Præfectorius ærario sub hoc nomine institutus fuerit. Expressè autem, si quando Præfectorius ærarij in saxis compareat, legitur cum eo adiuncto *Militaris*. Profert Lipsius ad Tacit. 1. ann. lapidem in Samnio repertum. Ceterum deinceps & nomen, & cura ærarij Præfectis attributa extra hoc militare, ut saepè in libris I. Consulorum l. 12. de his, qui ut indig. l. 15. & 42. de I. Fisci. At noster Pisanus fuit Ciuitatis, & Colonicus mea opinione est: quod & texrus, atq; iunctura sermonis satis probat, qui hunc Præfectum ærario post II. Viros nominat, & cum alijs adnectit Magistribus proprijs. Quando igitur plures eodem tempore Magistratus fuisse in Col. Iulia Pisana ostendimus, Duumuiros, ac Præfectum hunc ærario; non est quod Aedilem Largennium nostrum quasi unicum (sicuti in nonnullis alijs oppidis) interpretetur; vel Summatem, ac Principem Reipub. clavo assidentem exponamus. Ergo complures hi Magistratus, suis quippe munijis incumbebant; ac Aedilis quidem, perinde ac Romæ minutus quidam Censor, pusillusque morum Magister, annonam, forum, res venales, locaque illum metuentia explorabat. Quod & in alijs municipijs idipsum ab Aedilibus factum crebris monemur testimonijs scribentium, quos prudens omittit, ac superius delibauit. Sed iam præuerto ad illud, quod mihi ullus haud ineptè objiciat; portuisse alio tempore aliter regi Pisanaam Ciuitatem, ac diverso itidem nomine Magistratum suum appellare: Habuerit illa sub Augusto Duumuiros, totidem veluti Consules, binos Curiae oculos, bista Reipub. capite salios etiam Magistratus habuerit. Sed

verò

verò cùm inscriptus fuit hic lapis Q. Largennium Aedilem repræsentans, quis spondere audeat eo tempore Pisanos sub ædilatu, tanquam summo, aut vnico Magistratu non paruisse? libenter aio, nec diffiteor id contingere potuisse. Cùm tamen superiùs ostenderimus, vel in multis alijs tenuioribus oppidis præter Duumuiratum, saltim Aedilem præsedisse: quid est quod Pisam ciuitatem, vel Augusti æuo ita opulentam, ac splendidam (quod decreto illo toties laudato comprobatur) vnico Magistratu addictam velimus, solique Aedili pan-noso (qualem vocat Iuuinalis) audientem statuamus?

Sed quidquid alij hac in re diuersum sentiant, haud repugnarim; vicumque enim, ad examen semper proficiet nostri lapidis. Quòd si de ærate queratur, qua vixit Largennius, quaque manu sensit, & Scalprum Pisanius hic lapis; equidem non ausim statuere. Neque licet nobis, tam esse oculatis ad hæc rā ð̄m̄ definienda, præsertim ob-scuro, & ignoto (quod ego sciam) in scriptis Auctorum Q. Largen-nio: si quid tamen licet pingui coniectura σοχάζω, ad tempora An-toninorum, aut præter propter referrem. Species ipsa, ac forma florens literarum, tam politè, tam affabré ad amissum ducta antiqui-tatem negat aurei seculi, sed potius arguit quam diximus. Honor Biselli coniecturam fulcit, nisi ex æsse fallimur, de qua inferiùs; sed & verbum *Pisas* more Græco usurpatum non abludit ab eo seculo. Vix est enim, vt hunc errorem impingere velimus marmorario, qui *Pisas* per iniuriam scripserit pro *Pisa*, vel *Pisarum* cum literæ omnes literatè, & ad exquisitam delineandi regulam sint effictæ. Sed cre-damus potius dorico inclinamento scriptum fuisse *Pisas* in patruo ca-su; quamquam & Latinis ea figura usurparur contra Analogiam, vt *Paterfamilias* pro *Paterfamilia*. Varro. lib. 7. LL. &c. V. Indicem Gruer; ac Boldonius p. 91. repetit, & animaduert tante illum Lau-remberg, antiquario in As., & Vias. Et quidem nonnullæ Vrbes Græ-cam iactantes originem, qualis Pisana, in Græcis licenter exultare quandoque deprehenduntur, vt marmora sapè nos docent. Græcis autem sumero singula Πίσα, & quandoq; Πίσα. Præci pùè sub An-toninis inuestita quædam insolentia loquendi; cùm Analogia mutare cspk, & puritas illa aurei seculi à suo splendore desciscere. V. Reinel. ep. 1. p. 290. quia & verba Latina Græcis literis scripta, idem Reinel. p. 289. quod nescio perudantia, an hūs fabrik factum fuerit, vel am-bitio-

bitione Græcitatis, quæ tunc irreperet. Quod enim demum translatos in Orientem Imperio Græco, Latinas tam sèpè lineamentis Græcis referrent, non adeo demiror. Idem & in nummis obseruatum fuit sub Antoninis M. AVP. ANTΩNINOS. AVG. quem profert idem Reinos. p. 434. epist. inter suas 48. quæ est C. A. Rupert. ad Reinesium. Contrà verò voces Græcānicæ latina forma descriptæ, & quidem sub ea potissimum tempora: quadam vtriusque lingua: inter se communione, atque hospitalitate, dum altera alteri aut voces, aut characteres commodat. Quod in nummis factum indicare non defitit Ezechiel Spanheimius dissertatione erudita de veterum nummorum vsu, ac præstantia pag. 48. In lapidibus specimen esto apud Grut. 339. 2. *Aramanti nica* ad latus cippi vtrinque recto ordine inscriptum. h. e. *Aramanti Vince*. Inter acclamations s. quibus agitatores ad victoriam excitabantur, quod & in nummis ea formula obseruatum: quæ varie ab alijs exponitur; & Boldonius fecit pag. 81. Epigraphic.

## C A P V T VIII.

*Chresimus, Χρήσιμος. Libertis fausta nomina bone sceuz gratia.*  
*Pancarpus: Onesimus.*

### L A R G E N N I V S C H R E S I M V S P A T E R.

**C**onstat ergo lapidem hunc, siue basim, aut arulam dicaram, aut positam fuisse Q. Largennij Seueri Aedilis Pisam manibus à Patre suo Q. Largennio Chresimo.

Quod verò Chresimum patrem spectar, suo se cognomine pròdix, ceu alienigena, non Latina, aut Italica origine; nisi quod Græco vrbs Pisana fonte nata Græcis gaudere poterat appellationibus; est enim Chresimus Xp̄osim̄os: ac forte hic Chresimus Civitatem Romanam, & ingenuitatem adeptus in familias Largenniorum transiit, quorū beneficio ius togæ impetrasset. Retinuit autem Græcum, aut peregrinum Chresimi bona sceuz gratia, quoniā Xp̄osim̄os utilem, & commodum indicat; ac ferè Liberti raha cognomina non abdicaverunt rem gratam facturi patronis. En idem Chresimi cognomen C. Ticio Augusti liberto, Grut. 485. 2. *Caio Ticio Chresimo Augysti li. &c.*

quam

quam inscriptionem non possumus infra non expendere, salement  
expodryos, ut pote affitem nostro matmori, & vnde mutuam sibi lucem  
commident; & 18. p. 706. *Chresimus Cleopatra filio dulcissimo, &c.*  
Apud Senatorem Strozam in suburbano rutis cæsis antiquitatum in-  
structo. *L. Murdinus Chresimus annos natus, &c.* atque in alio *T. Iulius*  
*Chresimus, & C. Furinius Pancarpus, &c.* *Chresimus, & Pancarpus fau-*  
*sta plane nomina.* Neque in alio significatu κατ' ἐνθημιαν alicubi *One-*  
*simi cognomen legitur.* In ijsdem epigrammatibus, ut inter alia apud  
Grut. 900. 13. pariter in liberto. *C. Postumius, C. L. Onesimus.* Sirmont-  
dus sine lacuna videt, atque exhibuit; cum tamen in Gruterianis sub  
eo numero vastum vlcus appareat. Est autem *O'nesimus*, idem ac  
*Xp̄nēsmos.*

Ac de seruo 987. 8. *Onesimus Stati Bifi. Ser.* In Etrusca nostra S. Mi-  
niatis vrbe apud equitem Antonium Roffiam *Cimarulina* fecit. *Ones-*  
*mo. benemerenti.* Senator Car. Stroza mihi dedit atque aliam sui sub-  
urbani inscriptionem. *A. Hornalio Busychio, A. Hernuleius Onesimus*  
*tibi. suo. B. M.*

Adeantur, & inscriptiones Basilicæ S. Pauli ad viam Hostiensem  
581. 541. 559. Alij itidem lapides Florentiae *D. M. Iulione simo M. Iu-*  
*lius Marinus fecit Patrono b. m.* Et in alia *D. M. Vipio Venerio, &c.* Can-  
nefius *Onesimus filia dulcissimo.* Et *D. M. Albie Dorcadis Plotia Onesime*  
*filia matris p̄fissima.* In horto visuntur Illustrissimi Marchionis Bartho-  
lomai Corsinij, quem alijs fortunarum amplitudo, fanguinis, ac mimo-  
sterij dignitas inuidendum, mihi semper spectabilem ingenij elegan-  
tia, ac mortuam suavitatem faciet.



## C A P V T . IX.

*Honor Biselli*: nusquam legitur. De sellis veterum instituta digressio.  
*Sella, Sedda, Subsellium, Subseddium, Bisellum*: quod duos capit, vel duabus constat sellis. Varro leuiter tentatus, & accurate explicatus. *δίθρος, διεδρος, δίστρος*. Lat. *Bisellum*. Athenaeo addita lux. *Bisellum λαμπτρὰ καθίστρον* Hesychio. Ambitiosæ leges sedendi, quæ maiora, credita honestiora. *Duabus sellis sedere: omis-  
sa à collectoribus adagialis forma*.

## LVI O B HONORE BISELLI.

**S**I vñquam aliás, opeanda nunc mihi foret Accij Nauij auguris miraculosa manus, ac culter, quo cōtem olim secuit; vt ego quoque Pisani lapidis abditum, ac penetralem sensum, quasi facta sectione educens, quid ex veritate critica magis conueriat, augurari subinde possem. Sed ab initio monui, solis conjecturis me progredi; qui nūquā aut Nauij ipfius, aut Tagis artero condidic. Vel quadrararius igitur insigniter nobis imposuit ira scalpendo; vel qui sit hic *Honor Biselli*, accurate quārendum est; cuius vñca (quantum creditur) mentis in hoc marmore Pisano. Ne vñquam igitur desideamus, vt de sedendi, sediumque, aut sellarum vñsu, forma, ratione, discriminē leuiter saltē exponamus; si hinc aliqua fortè lux ad Honorem Biselliū inuestigandum affulserit. Congeremus veluti per Satyram, ac lege miscella, quæ in veterum scriptis, monumentisq; obseruare παχυμερός, ac desultoriē licuit. Cura longior, & adnotatio intentior requireretur in hanc partem antiquitaris excutieā, ad quam velut ex inopinato, ac penē imparati, accedimus: quippe nihil tale ab initio cogitantibus obrepit lubido, vt hīc tanquam in suo loculamento emblemā hoc philologicum insereremus. Aliás, si diuino Numini vñsum erit, totam impensē dabimus, exactèque operam veterum ledibus indagandis, dēpromēndisque. Nunc solum in transcursu sedemus; tota tunc erit sedentaria exercitatio.

A Bisellio incipientes nè pīgeat cum literatoribus aliquantulum sapere, atque in eorum pergulis parum per detineri. Minuta, inquis, ac leuidentia sunt illa: sed ad seria nos ducunt; si que ignorentur, aut negli-

negligantur, ad maiora nunquam gradus. Ifid. lib. 20. cap. 16. *sella* à *sedendo* quasi *sedda*; & cap. 11. *Sella* quasi *fedda dicta est*; & *subsellia* quasi *subfedda*. *Fest.*, *seliquastra*, *sedile antiqui generis* appellantur *D. Iota* tera in *L. canuera*, ut etiam in *setta factum est*, & *subsellio*, & *solio*, que non minus à *sedendo dicta sunt*. *Terem.* *Scaur.* de *orthogra.* *Seddam* dixerit, quam *versellam*. *Mar.* *Victor.* in lib. 1. *Sella à sede;* ubi de com-  
mutatione literarum. & *L.* sic *Dij Nouemfiles* quasi *Nouemfides*, quod no-  
uem vna affideant *Ilāpōs*, & *Affessores* apud eundem *Victorium*:  
cuius grammatici verba veluti conturbantis nimium præsidenter sol-  
licitat *Salmas.* ad *Spartiani* *Adr.* c. 14. mihi tamen pura sunt, & aprica.  
*Videat* *villus* *mecum*, arque iudicet; sed nunc omitto. Sic *Dini Fidius*  
hoc est *Dini filius*, siue *Ionis filius*: quod de *Hercule* exponunt. *Fidius*  
stempè pro *filius*, & *Pomp. Festo*, *Impelimenta Impedimenta dicebant*.  
Eundem vide in *Ancaea*, *Deliciosa*, *Dacrymos*. *Serurus* 7. *Acneid.* ad  
illud.

— *Solio medius confedit anato.*

*Solum* — quasi *sedium*: ut *sella pro sedda*. Ut mihi videtur, *solum*,  
dein *sodium*, mox *sedium*. Sic *festo* *sodales*, quod una *federent*. At  
*vnicus Varro* in *tota veterum scribentium cohorte* 4. de *LL.* *bisellij*  
meminit: *Ab sedendo appellantur sedes, sedile, sedum, sella, seliquastra.*  
*Deinde ab his subsellionibus* ut *subspere*, quod non plane sapit: sic quod non  
plane erat *sella subsellionis dictum*, ubi in eiusmodi duo *bisellionis dictum*.  
Quæ postrema verba (ni *vlcus* *subfit*, ac *vitium*, quod *subuereor*) hoc  
mihi explanant: *Vbi in eiusmodi (sella) duo (lupple, sedent, quiescent,  
capiuntur; vel sedere, capi, & quiescere possunt) Bisellium dictum.*  
Quare verborum sarcinatores ex hoc loco *Varronis*, ut *anguror*, *bi-*  
*sellum* exponunt *sellam*, quæ *capi* duos. Sed non inconcianner etiam  
dixerimus, *Vbi duo sellæ quasi iunctæ, & compactæ fuerint, Bisellium*  
*dictum: ac leuissima detractione Tū In*, *Varro* ita monentem in-  
ducere. *Vbi eiusmodi duo (sellæ) Bisellium dictum*, aut si magis placet,  
*Vbi in eiusmodi (nempe subsellio) duo (capiuntur, & confident) Bisel-*  
*lium dictum*. Proxime enim de *Subsellio* *Varro* loqueretur; ergo ad  
*Subsellionem* referenda videntur, quæ consequuntur. *Grecis δίσπος*  
quandoque *pro sede*, quæ *capi* duos: *τραπέ τεδύς φίππας*, & *hoc sensu*,  
aque viu sedendi *Etiyologista* accepit in *δίσπος*; *Menandrum aduo-*  
*cans*, εἰδόντες τὸν δίσποπον τετράποδον, καὶ παρθίνος. *C. federunt in δίσπος* aut  
*Bisellio*, *Macer*, & *Merga*. Sed *δίσπος*, vel *δίσπορ* magis exquisitè Lac-  
tinis

glosis sonat *Bisellium*. Præter Eusthatium in *Iliad.* meminuit Hesychius; & Suidas, ad quem Aemilius Portus, διόδης, idem ac διόπος. *Bisellium*. *Sella duos recipiens*. Atilla sunt Athenzi in Philadelphi pompa describenda. παρεσθντας δὲ καὶ τρίποδες τοῖς κατεχέμενοις χρυσῷ διακοπῇ τὸν ἀρθρόν. τοῦτο εἶναι ναρὰ κλήθει τοπογράφος διόδης, lib. 5. cap. 6. p. mihi 197. edit. Conmelin. Verit. Dilectam p. *Accumbentibus Mensa tripodes aurea admodum sunt numero dicentes ad lectos fangulos, duas argenteis fulcris constabiliter. διόδης, fulcra, aut pedes mensarum exponit.* Non (puto) tam acutè vidit, ac Casaubi qui *Repositoryia tripodium* maluit, quæ binos capiebant. Adderem ego signatè vocari διόδης; quoniam tum tripodes, præter genus mensarum, fuere etiam sedilium (vt hodie quoque rusticī, & paupertini vtuntur, nobis Trespoli) tum quia, & ipsi tripodes à Variib[us] infideri solebant, qui Deum illuc contipiente, mox sara redderent. Quoniam igitur duo tripodes, aut sediculae illic reponebantur; aut quia illic veluti sedebant aptè recondita, διόδης appellarunt. Atque his postremis intellectibus Varronem enarrantes, magis ad compositionis latinæ flexum, aut inclinamentum accedimus. Sic namque biclinium, quod duos habet lectos, seu κλίναις bipennis, quæ duas pinnas, aut acies; bipalium, bisaccium, birotium; & alia id genus. Sic bisellum potius à duabus sellis, quam à duobus, qui illic sedeant. Quæcumq[ue] ea sit veriloquij ratio, aut structuræ forma; ex ipsa bisellijs laxitate, qua vel duos capit, vel duas complectitur sellas, dignitatem quadam tenus arguere quis possit. Omnino autem pro sella splendida, atque honesta acceperunt Græci: quos inter Hesychius (qui auctor argumentum honoris in bisellio spectavit, ac notus esse rum debuit illius usus) diserte inquit διόδης. διαφωνής, ή λαμπρά καθέδρα. *Bisellium* (ita veterem) conspicua; aut splendida sedes. Nempe omni æuo blandita sibi in tantum est ambitio, ut etiam in hisce rebus, quæ exterius resurgent, pro earum materiæ amplitudine, ne dicam luxu, de vtentium præstantia iudicauerint homines: quod præcipue in vestibus, atque ornamentiis obseruarum fuit. Ac in sellæ, quæ de agimus, exemplo, illustrem, ac præpotentem ut notaret formam Seneca lib. 2. de tranquillit. cap. 14. quid refere quantum habebat, quæ lecticarij, quam oneratas aures, quam laxam sellam? Lecticarij autem tam ij, qui sellæ; quam qui lecticæ subiungebantur; quod Lipfio assertior i. elect. 19. Sic quoque supra usum; aut necessitatem; ad pompe, aut magnificenter speciem; coronæ, quæ ob capitebus vicio-

victorum imponebantur; dein capite ampliores facte, quod Festus tradit Donatice corona, quod his victores in ludi donabantur, quæ postea magnificentia causa insituta sunt super modum aptarum capitibus, quali amplitudine fructus, cum lares ornantur. Quo respectu Plinius paneg. vt beneficij, aut letitiae magnitudinem exaggeret, Auguſtioribus aris, & grandioribus vicitimis invocatur, &c. Ne hic addam de clavo lato, aut angusto, de ollis maioribus, aut minoribus; non de rogis, aut pyris; quæ omnia pro eorum magnitudine, ac modo, ita existimationem eius demonstrabant, cui tributa erant.

Haud planè statuerem, huic respexerit, an non Sarcasmus ille, quo aliquem duabus sellis sedere dixerunt; quasi ad bisellij vsum, ac formam retulerint. Scopitus legitur sensus, sedetq; acutum in hisce verbis, quibus lubricam nonnullius fidem, & mobilis animi inconstantiam carpebant. Exprobratum id Ciceroni à Laberio, de quo Macrob. 21 Saturn. cap. 3. Præstat integrum narrationem exscribere, ne inuidemus urbanitatem, & saltem dictorum. Cum Laberius in fine ludorum analo aureo honoratus à Cesare, è vestigio in quartuordecim ad spectandum transiit violato ordine, & cum desractatus est eques Romanus; Et cum di- enus remissus: ait Ciceropreterentes Laberio, & Sedile quartanti receperisse, nisi angustè sedere, sumat & illum respiciens. & in novum Senatum iocatus, cuius numerum Caesar supra fas auxeras: nec impune. Respondit enim Laberius: Mirum si angustè sedes, qui soles duabus sellis sedere; exprobrata levitate Ciceroni, qua immoritò optimus ciuius male audiebat. Repetitque lib. 3. cap. 7. vbi dicterij vim exponit, obiciens tanto viro lubricum fides. Ante illum Seu parente declam. 3. lib. 7. & 8. contra ut 3. Laberius ad Ciceronem trahit: atqui soles duabus sellis sedere. Quia Cicerone male audiebat, sanguinem nec Pompeio certus amicus nec Cesari, sed utique adulator.

Qui igitur bisellio insidet, facili transitu, si lubeat à dextera in sinistram migrat, aut contra remigrat sellam, nunc vni, nunc alteri in cumbens parci. Quo pacto homines sublestæ fidei, & versatilis anxiimi, qua vocat spes; blanditur lucrum, aut occasio inuitat; ita ex vnu versoriam regunt; ac temporibus insidiando, nunc vni, nunc alteri vento rudentes laxant; vndeque stat fortuna, illic adhaerescunt; quod viro consulari, ac diserto obiecerunt. Et quoniam hoc scommate inter præcipue asperguntur, qui uno, eodemque tempore duabus rerum agendarum oportunitatibus mobilem, atque obnoxiam fidem oppri-

gnorant; perbellè hoc dictum à bisellij forma petitur, ubi infessor duabus eodem tempore incumbit sedibus, cum tamen vaicam videatur tenere. Sed duabus sellis etiam ille sedet, qui quam commodior rem sibi putat, eam disiuncto & tempore, & loco subinde obtinet, relata, ac mutata priori; quod ad partium sequelam in Republica dein transtulere. Nisi malumus ad morem veterum referre, eum peribus in sententiam discedentes, alio sessum ibant, atque eo pacto prodabant quid eligerent.

Arque hanc adagialem loquendi formam *duabus sellis sedere* eruditissimi proverbiorum collectores cur volentes præterierint, aut nimium lecūri non videriat, minimè video. Nobis tamen quadantenus est affine vernaculum illud, *Tenere il piede in due staffe, de homine occasioñum segai, qui sibi vnam, atque alteram prospicerit, ut si sorte prima exciderit, secundam arripiat: quomodo pes innixus duobus suppensionis, si vnum elabatur, alteri insistit.* Posset quoque metaphora duci à cursu equestri, cum quis ex uno in alium equum currendo se trahi ciebat; ex enim erat delictoris ars in equum ad popos velociter transfilire, at max in priorem sellam resiliere. Periculum autem est rem habere cum equis currentibus, quos nudos tunc fuisse paro, ac sine sella. Omnino igitur turios erit à concessu, & concione ducere, quod cum Sen. rūm Macrob. diserte narrant.

## C A P V T X.

*Bisellij indagata forma: prolatum specimen, aut affine aliquid. Stellagium. Antiquum: antiqui maris: lux Tacito. Letti archasic: all'antica. Sella rustica. Cassiopeia mulier scilicet.*

**S**ed cuius omnino forme, aut structura fuerit Bisellium nostrum (ut ed reuerteremur) nesciuī haftemus ē veterum reliquarum figuris certo deprehendere. Eam autem sellam in vsu aliquo extitisse ambigendum non est, alioquin cur eius mentio, aut descrip-  
tio Varroni? Quod si vñam tamen monumentum, aut monumentorum iconis fuit, quem nobis reliquum fecit vetustas, ac elegantium hominum industria seruauit, bisellium meo iudicio, aut videri, aut dici potest; vñus est, quem subiçio: V. in calce libri num. 1. Si quis transuersum socer medicum hoc sedile, duocernit sellas curutes difun-  
dit:

Etæ: quæ ita compactæ bisellum, siue binas sellas conficiunt; & quidem honorifica illic sessio, quoniam curulibus innixa. Extat hæc figura inter antiquitatum paradigmata, quas collegit Fulvius Basserus: possidet hodie Vaticana Bibliotheca. Cuius Cimelij pararius mihi fuit apud Illustrissimos Puteos D. Vincentius Vivianus nuper redux ab Urbe, vir mihi suauissimæ amicitæ lenocinio coniunctus; orbi autem notus ob præstantiam subtilissimi moliminis editi, quod de sectionum conicarum *Maximis*, & *Minimis*, maximum semper Auctorem demonstrabit. Nec tibi inuideo sellam, aut thronum duos capientem ex antiquo, atque eleganti Cimelio onychino apud Tristianum tom. I. pag. 100. V. Icon. num. 2. Attende & apud Goltz, in Aug. 71. 5. vbi duo pro rostris in eodem sedili: vulgavit & Ursin. in fam. Sulpicia p. 254. qui Augustum, & Agrippam sedentes exponit: V. nu. 3.

Quod si quis nimit̄ anxiè hæc à nobis inquiri existimabit, per veterum saxonum reliquias, atque iconica vestigia monumentorum, ad honoris, aut dignitatis aliquod illinc expiscandum documentum; hunc velim meminisse, qualia tuerint omni æuo id genus commenta, ac symbola honorum externis hisce nitētia adspexitibus. Qualia etiam hodiè, cum plura sint insignia virtutum, quam virtutes ipsæ, quæ virum demonstrent, & magna cuique laus est laruam callide gerere! Inter prima ut iam Sapientiæ mysteria habeatur, & rituales morosæ ambitionis nugas nouisse, quis, coram quo, quantum, quoties, quæ sede, loco, tempore, sedeat. Deq; his omnibus non ignoramus constitutionem editam ab Impp. Arcadio, & Honorio in Cod. Theod. I. 5. 13. tit. *De Vſu sellarum*: quam inf. producemus. Nihil ergo miremur de bisellij honore. Sed cum sedibus pergere iuuet, quod apprime commodum erit. Utinam dum calamo, quasi sella fertoria progedimus, *animus* quoque (quod aiebant) *ſedendo* fiat melior. Ab eadem sella *Seliquastrum* deducunt tum Varro, tum Festus, cuius illa sunt verba superius allata. *Seliquastrum* ſedilia antiqui generis appellantur. Arnob. lib. 2. enumerans ſupelleſtilem *Pollubrum*, *Seliquastrum*, *Trulla* &c. qui Auctor per I effert, vt & Hyginus, de quo intra. Promiſſiæ autem & *Seliquastrum* dixere, & *Seliquastrum*: quamquam & *Seliquastrum* genus herbæ hortensis. Pariter meminit huiusc ſedis inter instrumenta domus, & in ſupelleſtilis censiōne Iuris Consult. I. 4. de ſupell. legata; niſi magis placet ex Pandect. Flor. legere *Sedularia*, quod Ant. Augustinus conatur; pro puluilliſ exponens, quib⁹

lecticæ sternuntur V. Gothofr. ad d. l. 4. Erit igitur *Seliquastrum* non tam ornatae structuræ, aut artificiosi operis sedes; Festi verbis: *Sedilia antiqui generis appellantur.* Sic enim antiqua dixerunt, quæ ruda magis, ac simplicia; ad usum, ac necessitatem, non ad luxum, aut munditatem inutilem. Quia similitudine egregie, arque ingeniose Tacit. lib. i. 6. 5. qui remotis e municipijs, seneram adhuc, & antiqui mores resipescet Italiam &c. qui nondum scilicet viderant luxuriosas illius opes, ac insana illic volupratum, ac theatrorum certamina, de quibus ibi Tacitus. Sic viros, sic mores antiquos Ennius.

*Moribus antiquis stat res Romana; Virisque.*

Ut sedilia antiqui generis, ita Horatio Lecti Archaici lib. i. epist. 5. nobis *All' antica.*

*Si potes Archaicis coniuia recubere lectis.*

Turnebus aduers. i. 18. maluit Archaicis ab artificis nomine. Mihi per placet Archaicis, & Nahnius ante statuit miscell. 4. 18. Quod non penitus desira, aut antiquata fuerint ea sedilia, ostendit legatum in d. l. 4. si *Seliquastrum*, non *Sedularia* verior nos lectio reponit. Vocamus enim antiqui generis etiam ea, quorum usus adhuc duret, sed ut demostremus formam, & fabricationem. Mulierum ergo sellæ ea *Seliquastrum*; talesque fuisse; neque adoperatas, quarum domini usus, potuit Casaub. ad Suet. Octon. c. 8. Nostrates dixerimus vulgaris, ac mindres, ubi foeminae lanipendio, & utri operantur. Indissimiles credidimus quas sellas rusticanas Sulpit. Severus appellavit de B. Martino lotquens; quarum ramen nihil puduit fessorem maximum. Vates, aut Mythastronomi locarunt Cassiopeam *Seliquastro* impositam. Hyginus Astronom. poet. 2. in Cassiopeia *tutæ sidera sedens in Seliquastro constituta est;* & de signis hb. 2. *Cassiopeia sedens in Seliquastro ceditacata est.* adnotauitque Grotius pag. 47. ad has imagines. Nisi mihi res cum Poëtis, aut Mythologis forer, genere licentioso, quibus Iudeus citat dat apella; abundè esset, quod *Seliquastrum* supra omnes bisellijs honores dignissimam sedem reputarem, quando illic Reginam incumbentem tot siderum satellitio unde quaque stiparam locarant. Contraria autem constitutione, & cuique parabile id sedile statuens informitram, & Schema Seliquastri huius Cassiopeijsarie pro tubitu exhibens artifices in mappa cœlesti; domesticum, ut apparet, & manib[us] ad usum. Arabibus proinde Astronomis Atulier *Seliquastrum* appellatur *Cassiopeia*.

Pro-

Productio hæc, aut incrementum, quod in aëter pangebant Latini, nescio quam extenuandi, aut despiciendi vim habuit, ut recalvaster, surdaster, parasitalster, &c. Sic plantas depravit; aut sylvaricas facit, ut pinaster, oleaster, &c. Quid, si vilitatem, aut contemptum ita durcant à sellis Siliquastræ quomodo serperastræ, vel aliamq; genus. Sed obsoletum, aut vile siliquastrum parat; mox sedis nitore, ac dignitate pensamus.

## C A P V T XI.

*Sella curulis.* Tuscorum inuentum: à Curribus, non à curru dicta. Hinc Magistratus curulus: ὑπαρχός θρόνος: διάθρος θαυματούς: Sella ἀρμάτιος, alia. Sella Consularis, Regia πρεμονιδος, αρχικος. Duncum, & Magistratum. ἐλεφατίος: eburnea: oborata σύκολόπες. Curuipes. Franciscus Gottifredus antiquitatum diligentissimus. Sererissimi Leopold. ab Etr. heroicæ virtutis: Curulium bonum: una forma producta, & in nummis explorata: Coronæ desuper, fasces, rami, mandibæ: circumq; & ad pedes erecta huiusmodi. *Sella pertinacæ collocata.* Sella auersa. Faldistorio Episcoporum similis.

**C**urulem sellam quantum honoris significationem, quantumque decoris instar secum ferat, nemio, vel in Romana unitate balburient ignorare potest. Tuscæ nostræ inuentum id infigne. Ac si fidès Silio Italico lib. 8. è Veturonijs oppido (hodie Viterbio) primum aduecta in Vrbem Curulis. De ea sic loquitur Ciuitate.

Hac altas eboris decorauit honore Curulus.

V. Macrob. 1. Saturn. cap. 6. & Dyonis. lib. 3. Αρχαιοτογ. qui ab Etruscis accepisse Primum Tarquinium referr. Livius. lib. 1: unde hanec panites eorum sententia esse, quibus apparatores, & hoc genus (dictores) ab Etruscis finissimis, unde sella Curulis, unde roga praetexta sumpta est. Nihil tam dictum, ac de ea sella: Tu videbis è propè iniquiteris, quos veluti edecumatos delibo, hispius in alba. & apanal. Facit Brissonium select. antiqu. lib. 3. cap. 15. Passerat ad Propert. lib. 2. eleg. 12. Cerdia ad 11. Aen. vers. 384. Latium Reip. Rord. 2. 3. Conspirare Grammatici usq; à curru deducant. Festus in Curules,

Isidor. i. 20. Bassus apud Gell. lib. 3. 18. Seru. ad idem Maronis carmen 384.

*Et sellam regni, trabeamque insignia nobri.*

Sed meritò reprehenduntur à doctioribus, quos Grammatistarum argutiae parum afficiunt. Inter hos Lipsius, qui non à curru, sed à Curridis deducit: hunc vide cap. 12. de Magistratibus. Cui opinioni facuet modulus syllabæ primæ in curulis. Ergo ab hac sella, & illius usu Magistratus *Curniles*; quorum mentio l. t. §. 26. de origin. Iuris. l. t. de ædil. edict. §. 7. Instit. de I. nat. &c. Liuius lib. 6. Hinc Aediles Curules à plebeijs distincti, quoniam (quod est apud Theophilum §. proponebant de I. nat. gent. & Ciu.) ἐκ οὐρανῷ τῇ σελήνῃ ὑπάται, utibantur *sella Consularis*, seu *Curnli*. Nihil proinde mirum, si ab hisce ornamentijs, seu insignijs, nomina quoque, & honorum gradus defumantur, ut in nostra Honore bisellijs. Sed plura inferiùs. Alio nomine igitur hæc sella dicta *Consularis*. Theophilus super. Glossæ, *sella Consularis* ὑπάταιος θρόνος, δίόπος διηγέρχος *sella Consularis*, *sella regia*, quoniam ea vbi quondam Reges, deinde Imperatores, qui à Græcis Reges; ideo *Consularis*. Eam ob causam Plutarcho ὑμετεροῖς *Sella Dñcum*, Magistratum, ac Principum. Dionysio Halicarnas. ferme semper ἀλιθότερος θρόνος *Sella Eburnea* à materia, sive ebore. Neque confundenda cum aliâ, quæ ἀρμάτιος δίόπος Polluci 10. 11. (plura suo loco) quam recte vertunt *Sellam curram*. Est enim sedes in curribus; non rāmen sedes honoris, quæ Magistratibus Romanis attributa, & quæ efferti debet litterâ vñâ caninâ minùs.

Materia òl. m ex ebore, diuque tenuit. Eam ob rem ἀλιθότερο δίόπος vbique vocat Dionyl. hoc est Consularem, & passim scriptores de ebore curuli. *Eboratam* Vopisc: in Aurel. Proprium Romanorum agnoscit hoc ebur. Athenæus lib. 5. cap. 4. ubi de Antiocho Epiphane, qui non nunquam sedebat επὶ τὸ ἀσφαλτῖον δίόπος κατὰ τὸ παρὰ Παρθενοῦς θόος, *In sella eburnea more Romanorum*. Ex Polybio autem narrat Athenæus; apud quem Polybium lib. 6. ἀλιθότερος itidem δίόπος appellatur V. P. Fab. ad tit. de Orig. I. p. 39. 40. & Passerat. eo loco ad Propertium. Dempst. ad Rosin. lib. 1 o. c. 11. Orleans ad Tacit. pag. 783. Imo Dijs ipsi, Deorumque parenti Ioui ex ebore dicandam reperio apud Vopiscum in Firmo cap. 3. ubi de Aurelianō Imperatore loquitur. *A duobus dentibus et pedibusq[ue] pedam denun. ad alia duebus alijs dentibus curritur*. sellam facere teni. Conijce sella magnitudinem

nem ex dentium quatuor proportione, ac mole; si modo alij duo pedibus denis extendebantur. Sed gliscente luxu, opibus, vitijs, tum bracteata, tum ex auro, argento, &c. accedente industria, labore, operâ artificum: dicemus non nihil infra. Formam ostendunt marmora, ac nummi. *ἀγαλόντα* Plutarcho dicitur in Mario, hoc est curaipes; quod quatuor lignis incurvis, ac decussatis constaret, atque ordinaria ea species; obseruatque Casaub. ad Suet. Aug. cap. 43.

Quandoque autem visitur pluribus compacta lignis, quales nobis fedes totæ ligneæ (cicatrannæ dictæ) ad vulgarem vsum. Nihil tam frequens in antiquis taxis; nihil tam obuiū in nummis tam exteris, quam Romanis; præcipue autem ubi congiarium, aut alia largitio à sedente Principe erogatur. Vide interim productam superiùs Iconem in Bisellio: est enim duplex ionsta sella curulis octo suffulta pedibus recurvis, sed minimè plicatilis. Frequentior igitur forma quadrupes sella curulis, & obuersis lignorum capitibus; quorum quatuor solum tangunt; quatuor loramentum obtensem, aut sedile substituunt.

Vnde vero exemplaria iustius deducemus, quæ ex suo opniuim nobilissimo Cæsaris, & Augusti? En primò transuersis pedibus cancellata apud Lud. Nonn. in Colz. num. Cæs. tab. 27. num. 7, corona desuper iacens, fasces utrinque ad pedes erecti V. in fine num. 4. & 5. Consimilis alia Coloniae Apameæ sub Augusto cum fascibus, & cornolla: sine fascibus altera.

Vtramq; è suo Cinehiarcho Româ misit diligenterius antiquatum vindex, & elegantiarum spirans Amalthea D. Franciscus Gotifredus, quos tibi non inuideo lector, arque inspector humanissime; curauitq; Serenissimus Princeps Leopoldus ab Heit. cui debet quid meæ conantur literulæ. De summo Heroe, ac Macenate quantumvis dixero magnum, infra erit semper. Quod ad omne genus artium nobiliorum fauore, ac patrocinio impellat, Principis est: quod suo ipse labore exornet, ac rueretur, omnium penè compos, supra Principes est, sed non Medicos. Nullus dubito cancellaris hisce sudibus compactas sellas è genere curulium fuisse, quidquid fateatur ignorare Lud. Nonn. ad humiñata Cæsaris. At frequentior, & communior forma Curulum, quin etiam illustrior, ea quadrupes è lignis recurvis. V. passim apud eundem Nonn. Cæsar. tab. 15. n. 22. & 24. tab. 35. 5. & August. 22. 4. V. in fine libri 6. 7. 8. in quibus tandem doceis non valeam, sed duas sellas exporte Nonnus. Vere una ransum est.

est. Non negarim tamen sibi parumper indulisse artificem, vel iniuita optice; quippe in fronte sellam prospicimus; quatuor autem illi pedes non tam diducti, ac patentes ex lege visionis apparere deberent, sed anteriores posteriorum lumenibus officere. Neque id tamen nouum quandoque in nummis demonstrationis gratia, vbi neque color, neque umbra iconismum adiuvant. In his autem sellis notare est coronas impositas, vel singulas, vel binas, quandoque ternas; nunc iacentes, nunc erectas; sic fasces, sic ramos utrimque humi adstantes, aut frumenti spicas, ut in Lepido 27. 9. eidem Nonno: vbi & Louis manubiae impositae. V. & Cæl. 35. 5. V. n. 9. 10. 11. in calce libri. Aug 22. 4. & 6. hic pedes curulis vario fabri lusu tornatiles, aut cælari, & in cuspidem concinnè desinentes: qua verò crassescunt, & sedile sustinent (si oculorum arbitrio credere est) corollis, aut lemnis ornati apparent. Adde Vrsini nummos, quos proferimus inf. cap. 31. Sed cum lessore tibi occurrit sella August. 46. 20. apud eundem Nonn. V. n. 12. in eiusdem calce. ex qua manifestè deprehendas eam pedum configurationem, aut positum, quem nuper indicauimus. Ni fatis numismata, adi opus anaglypticum in arcu Constantiniano Romæ, vbi Traianus sedens in Curuli; iterumque sedentem illic certe, sed alia sedis formâ. V. num. 13.

Non admodum à sede Episcoporum (quam vocant Faldistorium) diuersam Curulem assentimur; quoniam utraque humilis, ac repostilis, ut portare, ac ponere possis, vbi opus sit; sine anaclinterio plurimum, aut fulcto ad dorsum reclinandum.

Quod si quis interim sciscitetur, utrum eadem fuerit facies sellæ Curulis tam anterior, quam posterior, sicut in Faldistorio; nihil ut referret, qua fronte statuatur; esset quod in Curuli, diuersitatem aliquam suspicarer ex Suet. loco in Galba cap. 18. vbi inter alia, quæ imperium Galbae, vitamque amittendi dedere omen, refert Historicus scripsisse in Senatu Curulcm peruersè locatam, quod nobis esset à rauscio. Alius ergo Curuli aspectus in antica, aliis in postica esse potuit. Nisi peruersè intelligamus, quasi latera sellæ exposita fuerint, vbi frons, aut aditus obuerti debebat. Notauit in l. 1. D. de postulando *Publius tacum Asprenatis Nonij patrem auersa sella à Bruto destitutum, cum velles postulare*. Sed eam partium, ante, aut secus disparem formam imagines non praesertunt. Illud dumtaxat quandoque obseruare est, præterim in nummis, ligna postica, partis paulo elevatis extant, ac proniorum

tem sellam in anterius reddere; quod antiqua numismata Iuſtranti-  
bus facile apparebit. Nonnulla alia, quæ ad curulis ſtructurā ſpectant.  
V. inferius cap. trigesimo, vbi de anaclinterio, nobis ſpalliera, & cur  
eo caruerit hæc ſedes.

## C A P V T XII.

Sella curulis cognominibus data magistratibus: flaminibus: munici-  
rum editoribus: fortaſe Vestalibus. Dubitat an omnibus Sena-  
toribus. Berneggeri affirmantis ſuſpecta opinio. Subſellia Semat-  
atoria. Ludovicus Aurelianensis impaſta censura. Tullius explicat-  
tus. Lud. Cerdas sub exameñ; & laudatus. Proconsulum Curulis,  
Prætorum, Pisidiæ, & Lycaoniz. diſſenſus à P. Fabro. Lectice con-  
ſulares. Dictatoribus, Interregib. Præff. V. Magistris eq. debita  
Curulis. Patres in Conſistorio ſedentes. Curulis domi detenta;  
ſepiuſ imposta curui.

**V**bi materiam Sella curulis, ſpeciem quoque, ac figuram  
obiter inſpeximus; quibusnam tributum fuerit id honoris  
inſigne, pari compendio, aut excuſu adnotemus.

Liquet autem omnibus Magistratibus Maioribus, domi, foriſque  
adhibitam, hinc ἀρχmo's διόπος, & ἵγεμονος Græcis. Sedile di-  
gnitatis ampliſſime Mamertino in paneg. vocatur. Sic Acdilitia, Pre-  
atoria, Conſularis Sella. Non dubitarim Dictatori uſurpatam, quippe  
ille Magistratus omnium in ſe potestatem inuoluebat, affirmatq;  
Lipſ. de Magistratibus cap. 2. De Principibus, aut Imperatoribus  
non eſt ambigendum, ac nos infrà. Nec Sacerdotibus negara. Liu. 27.  
de C. Flacco Flamine Diali *Vetusſum Ius Sacerdotij* reperiebas datum id  
cum toga preteſta, & ſella curuli Flamini eſſe. & lib. 1. de Numa Flami-  
nem Ioni affidum creauit, inſignique cum ueste, & curuli regia ſelle ador-  
nauit. Vbi ſellam curulem vocat regiam. V. & exempla apud eun-  
dem Liu. de Vrbe à Gallis capta lib. 5. & Valer. 3. 2. de Romanis in  
curuli ſedeatibus.

Numimus Corræ Pontificis hanc ſedem exprimit promptus à do-  
ctiſſimo Iacobo Guthero de Vet. I. Pontif. pag. 120. Neque ab hoc  
more abire videntur verba Taciti, ſedes curules Sacerdotum Auguſtar-  
um locis lib. 2. annal. Munerum editoribus inter ludos, & ſolemnia  
da.

datam fuisse opinarer, etiam si priuati essent: de Magistratibus qui dubitet? Omnino tribunal ad podium ijs parabatur. Suet. August. cap. 44. *Virginibus Vestalibus locum in theatro separatum, & contra Praetoris tribunal: explicat autem Lips. Praetoris vocem pro quocumq; editore; tu vide cap. 11. de amphit.* Addo Festum in sella curuli, quomodo eam expletò πάτερ Scaliger. Imò tam propria videtur ludos edentium, vt alijs cæteroquin habentibus tunc negaretur, quod infra coniūmus ex Dione lib. 44. Quare προσδρπια, & Praesidere de ijs dicebatur, sicuti in προσδρπαις adesse. V. infr. c. 32, sed quid planius? Datur editori tribunal, à tribunali numquam sella, & quidem curulis in Urbe seiungitur. Stat sella quidem sine tribunali; hoc autem haud sine ea. Cic. 2. Verr. *Palam de sella, ac tribunali pronuntiat.* Martial. epigr. 11. 99. ad Bassum.

*Sedeas in alto tu licet tribunali,*

*Et è curuli iura gentibus reddas.*

Dantur editori cætera insignia, ac decora Magistratum, & quidquid maxime splendidum est ad pompam, & auctoritatis indicium: quid est quare illi Curulem abiudicemus? Inter Consules medium editorem locat Boeth. imò Sapientia ipsa lib. 2. de Consol. *Cum in circu duorum medius consulum, &c.* Eodem argumento ad opinandum me comparo Virginibus Vestalibus potuisse dari. En ad podium ipsæ quoque sedebant, & quidem eadem metatura, qua editores; Sueton. sup. ac Prudentius de ijs hymno de D. Hippolito.

*Podij meliore in parte sedebant.*

Sacerdotes Veitæ, & Antistitæ omnium dignissimæ censebantur; litores habebant; plentio, aut carpento vehebantur; ijsque cæteri magistratus fasces suos submittebant, nulloque nō genere sanctitatis, atque honestamenti mactas Romana gens venerabatur. Quare vt dignatio glisceret Vestalis Sacerdotij decretum olim *quotiens Augusta theatorium introisset, ut sedes inter Vestalium consideret.* Tacit 4 ann. 16. quod si hæ sedes Augustam ipsam manebant, non leuis conjectura me dicit, eas saltim in theatro, aut per aliquam occasionem fuisse Curules. Nihil tamen certi statuo, ac multò minus, quoniam Lips. pulcherrimo illo opusculo de Vestalibus, ne γρ̄u quidem super hoc ritu; & poterat ille tamen perquirere. Omitto interim Praesidis illarum Veitæ solempne fuisse donarium, & αὐθηνα sedem; eamq; sa- pius curulem in vestibulis templorum positam, quod exhibent numeri

mi

qui à Lipsio producti: eo simul valebant, ut stabilitatem Vestæ, seu terræ deauntiarent. Atque his testimonij abundè satis edocemur, quibusnam clara hæc sedes honoris contigerit, quantumue in eius vsu instar dignitatis inesset. Illa nunc me dubitatio exercet, num Senatores hanc ipsam Curulem adhibuerint? quippe tam egregij confessus inclyti Proceres, rerumque toto orbe Romano maximarum auctores, quos merito totidem Reges Cyneas videns, veneransque appellauit, exortes fieri non debuere tam honesti decoris. Diserte Cl. Berneggerus ad Sueton. Cæs. cap. 78. occuparas fuisse indiscriminatum à Patribus Curules monet. Sed multa, ne huic fidam sententiaz, vrgent validius; & quidem Senatoribus assignata fuerunt subsellia, non igitur Sellæ Curules. Sueton. in Aug. c. 44. Facto igitur decreto Patrium, ut quoties quid spectandum publice ederetur, primus subselliorum ordo vacaret Senatoribus. Quod autem de primo subselliorum ordine tradit, id ex lege iniunctum puto Senatoribus, si ueste senatoria adfuisserent: sine ea, vbi libuerit sedere poterant teste Dionis lib. 60. p. 669. editionis Hanouianæ gr. lat 1606. quod semel sit præmonitum toti libro. Quo spectat Plin. 9. epist. de Tacito Senatore. Narrabat (Tacitus) sedisse se se Circensibus proximum equiti Romano ueste primata. Clare autem narrat Dio ibid. fuisse à Claudio assignata Senatoribus Subsellia, quæ tempore ipsius Dionis in vsu erant, ὅπερ τῶν νῦν οὐαὶ appellat: lessionem s. aut locum; sed nulla mentio Curulum. Omnipiù clariū lib. 59 p. 645. vbi de Caligula, qui primus instituit, ut Senatoribus puluilli subijcerentur, ne ἵπποι γυμνῶν τῶν σαλιδῶν in ludis afferribus federent; quid autem hi nudi afferes, nisi mera subsellia? Idem 44. p. 242. de Cælare, cui honoris ergo μαθίζεται ἵπποι τῷ αρχικῷ διόρῳ παῖσι χρή, πλέον ἐν ταῖς παρηγόρου ἴψιοισι τότε γὰρ ἵπποι τῇ τῷ δημαρχίκῳ βούθρῳ, καὶ μετὰ τῶν αἰσ.-δημαρχῶν θεάσαις ἕλαχτι, sedere in curuli sella omni loco exceptis ludis permisissent. tunc enim εἰς in tribunitio subsellio, εἰς cum ὅσ, qui quoq; tempore tribuni forent, sedere obtinuit. Privilegio id datum Cælari, non ergo solemne cunctis Patribus. Imò verò si cum temperamento eidem Cælari, exceptis ludis; minus multo vulgatum id Senatoribus. Cur autem in ludis non sella Curuli, sed tribunitio subsellio uti debebat Cæsar? Fortè quia ea tunc propria, & prærogatiæ indicio seruata editoribus? Omnem tandem profligat dubitationem, ac sententiam nostram mirificè fulcit, quod idem Dio scripsérat lib. 43. p. 220. de

alijs honoribus antea decretis eidem Cæsari. καὶ προσέτι ἐπί την αρχὴν διόπει μετὰ τῶν ἀτάτων ἐν τῷ οὐεδρίῳ καθίζειν. Ut insuper Consulibus cuiusque temporis in Senatu affideres super sella curuli. cuius d' pro vero Senatum) non itaq; anteā in Senatu vtebatur Cæsar. Sed redeamus ad subsellia Senatoria. Cic. in Catilinam 1. quidquid ab aduentu isto tuo ista subsellia vacua facta sunt. &c. Inter subsellia Senatus id. in Sa- lust. Afcon. ex eiusdem Cic. pro C. Corn. orat. 1. à populari confessus Senatoria subsellia separari. Spartan. in Caracal. cap. 2. Cum armatis militibus curiam ingressus, hos in medio inter subsellia duplice ordine cotulauit. Sidon. Apollin. 1. epist. 7. de Tonantio Ferreolo, Verecundus, ac leniter in imo subselliorum capite consedit, ita ut non mindas legatum ferat, quam Senatorem reminisceretur. Indico tibi, & Donatum Marcellum ad Suetonij Neron. cap. 17. Ni mea igitur prorsus aberrat opinio, neutquam sellæ curulis honestas vniuersis vulgata Senatoribus fuit: ac multo minus ijs, qui è Magistratibus maioribus nullum, aut gessi- sent, aut gererent. Quinimo si Prætoribus quoque ipsis dara suble- lia (ut infra dicemus) mirabimur, si purus Senator à curuli exclusus, conquiescere in ijs debuerit? Delicias prorsus facit Vir alioquin cum prim s. eruditus Orleans ad 10. ann. Tacit. p. 783. qui ciuibus bene de Repub. meritis in præmium, ac mercedem, sellæ curulis vnum tra- dit: ego dicerem magistratus, honores, imperia: hæc autem cum sella curuli iungebantur. V. & Dempst. ad Rosin. 10. 29. scio alio- quin honoris causa nonnullos, aut socios, aut externos sella curuli fuisse donatos, præcipue autem Reges, qua de re Brisson. lib. 2. form. p. mihi 234. sed nos loquimur de vnu illius publico inter ciues, non de munere secum adsportando, aut retinendo ad memoriam, & insi- gne honestatis. Neq; ad rem facit locus Ciceronis Verrina 9. n. 36. Ob earum rerum laborem, & sollicitudinem fructus illos datos, antiquio- rem in senatu sententia dicenda locum, togam pretextam, sellam curalem, &c. Non de simplici Senatore Orator loquitur, sed de Aedili Curuli, cui omnino conuenit ea sella, vnde & adgnomen desumpsit. Sicuti & in Cluentiana n. 194. Toga pretexta, Sella Curalem, insignia, fasces, exercitus, imperia, provincie, &c. non eum habent sensum, vt quiuis Senator sella vtatur curuli; alioquin & vnuquisque esset Imperator, & provinciam gereret, si Tullij verba nos mouent. Sed hoc volunt, & Senatu, amplissimo s. illo ordine, ciuiumque lefissimorum con- fessu prodire viros, quibus imperia credantur, & populorum regim- na,

nā, prōvinciæ, exercitus, potestates tradantur: ac proinde illós con-  
sequitur auctoritas, ac domi splendor, apud exterōs nomen, & grā-  
tia: illis toga prætexta, illis sella curulis, fascesq; & cætera insignias,  
quæ cum imperio cohærent. Fateor interim, aut saltem suspicor  
multum interfuisse ad rationem, modumque sedendi, quo in loco Se-  
natores adessent; utrum in templo, aut curia, in foro, in theatro, in  
iudicijs, in domo Principis, &c. ac fortasse aliud alicubi magis conve-  
niebat. Utrum autem ad sedium quoque discriminē ea loci differen-  
tia procurreret, non audeo nūc statuere. Obseruamus certè apud  
Scriptores, vbi dē sedendi ratione, aut sellæ vſu pertractant, apponi  
etiam locum, ac tempus, & occasionem. Fortè enim erat vbi parum  
commodè ob loci habitum; vbi minus reuerenter in conspectu Prin-  
cipis; vbi nequaquam aptè, rebus mœstis, atque afflictis (dum cul-  
tum, nitoremque maiestatis ponerent) esset Patribus adhibenda cu-  
rulis. Sed quanti habita sit hæc regula sedendi in vſu politiæ Roma-  
næ, non est quod vel hoc uno prætermitram docere; peculiarem s.  
constitutionem fuisse ab Imperatore Arcadio euulgatam A. D. CCC  
LXXXVI. quæ est in lib. XV. tit. 13. C. Theod. de *Vſu Sellarum*:  
vbi personas, locum, atque ius sedendi, & quibus illud in publico per-  
missum statuunt; ne rem tralaticiam, temerèque confundendam, ac  
vulgandam opinaremur. Ante ipsum Quintilian. 3. 6. Tertullian. de  
spectacul. c. 22. vbi *Honoribus succenturiat*, & coassat Sessionem ip-  
sam. Verba legis Arcadij ea sunt. *Exceptis plebeis, scénicis, & qui spe-  
ctaculo suo prabuit populo materiam voluptatis, & tabernarijs; caseris om-  
nibus vſum sellarum, & sedendi, ac conueniendi in publicum tribuimus fa-  
cultatem.* Vide istic illustramenta doctissima Iacobi Gothofredi; non  
vacat nunc particulatim exquirere, qui delibamis dumtaxat, ac Ve-  
litum more euagamur: starariam suo tempore curam admouebimus.  
Quod si clarissimus idem Berneggerus ad loca Suet. cap. 76. & 78.  
in Cæs. occupari scripsit Curules à Patribus respiciendo occasionem  
triumphi, aut spectaculi (de quo ibi) tanquam si in luce publica, com-  
muniq; populi gaudio explicanda magis esset maiestas Senatus, di-  
gnissimo, atque honestissimo sessionis genere; cupiebam vt non modò  
distinctius loqueretur vir doctissimus, sed distinctionem quoque ip-  
sam dein cum teste fanciret. Sed illi fundis fortasse, & sonis hirvis  
opinionis Iustus Lipsius, quem laudat ex cap. i 1. Amphitheatr. sed  
verè idem Lips. ait quosdam Patres spectasse, creditique Consules,

Præ!

Prætores, aliosque, quibus id ius in sellis curulibus ad podium spe-  
randi; non tamen omnes Senatores; neque iuratus affirmat, sed cre-  
dit, reperitque nonnullos ita consedisse. Huc ego quoque libenter  
iudicio inclinari; ijs patribus, qui magistratum curulem gererent,  
datam quoque fuisse cognominem sedem in curia, aut alicubi. In-  
suis vero dicasterijs, tribunalibus, foris nullus ambigerem. Sicuti ve-  
rò Berneggerus nimium liberaliter vulgat vsum Curulis: ita nimis  
deparcus, ac restrictus meo sensu Ludouicus Cerdæ ad locum Vatis  
maximi superiùs allati Aeneid. 11, vers. 334. qui solis vindicat Con-  
suli, Prætori, Aedili: cæteris omnibus negat: Festum itidem coan-  
gustans in verbo *Curules*; quod de his dumtaxat tribus sit exponen-  
dus. Sed cur repellit Flamines, & Sacerdotes, saltim quosdam? Cur  
Vestales, cur ludorum praesides, si quando è curulibus Magistratibus  
non fuerint? Non Dictatorem vsum credamus, qui cæterorum in se  
potestatem, atque iura complectebatur? Non interregem, nō eos, qui  
pro Prætore, aut Consule gererent extra urbem? Ac multo magis Ro-  
mæ Tribunos consulari potestate? Proconsulibus omnino tribuit P.  
Fab. ad tit. de orig. I. sed & eorumdem legatis; id tamen mihi non est  
adeò planum. Quod n. Spartiani testimonium aduocat in Septim. Se-  
uero cap. 2. fasces legatis datos, atque in vehiculo sedisse, qui ante  
pedibus ambulabant; hoc narratur dumtaxat; nil de curuli. ac ne col-  
ligi quidem indidem potest. Non dissenserio Legatum P. R. illic, non  
pop. Romani, sed P. R. hoc est Proconsulis esse exponendum, vt ex  
narratione constat. Prætoribus Pisidiæ, & Lycaoniæ διοπορ ἐξ αρ-  
γύπτ., & ἀπνύλεω ἀργύπατ: tribuit Justinianus novella 24. & 25.  
*Lecticam argenteam* vertit idem Faber. Ego διοπορ libenius, ac tu-  
tius *Sellam* interpretor: ἀπνύν autem est rheda, aut vehiculum, non  
sella. Sed viro magno in animo fuit roties curulem datam expone-  
re, quoties in curru sederetur. Non desino interim mirari, cur Ma-  
mertinus in paneg. noua appellatione Lecticas consulares inuixerit?  
*Panè intra ipsas Palatina domus valvas lecticas consulares iussit conferri.*  
&c. Lecticæ vñus ad iacendum, non ad sedendum, vt notum est; &  
mox tamen has lecticas vocat *sedile dignitatis amplissima*: quare aut  
oratorem *exequens*, lecticas pro curulibus posuit; aut eo tempore  
Lecticæ, quales nostræ hodie ad sedendum, non quomodo veteres  
vtebantur, reperte iam fuerant. Ceterum recte Seruium castigat  
Cerdæ, eos solos curuli vños monentem, qui triumphali curru inque-  
herentur.

Pror-

Prorsus autem Praefectis urbis, omnino Magistris equitum debitam Curulem, quoniam hi à dictatoria potestate manabant, clare tradidit Dio lib. 43. pag. 238. in ea narratione, quam sic latine effemus. *Praefecti urbis cuncta in urbe cum Lepido magistro equitum procurarunt: accusatique quod licitoribus, vestie, ac sede curuli, ac si magister equitum usi essent (en magistri equitum propria) lege se defendebant, quia usus earum rerum ijs permittitur, quibus magistratus à Dictatore est commissus.* Hæc Dio: notabilis lex de sede curuli, & alijs insignibus: atq; inde colligendum, multo magis dictatori tributam Curulem augustinoris potentiaz, atq; honestatis significatione.

Pertinet autem ad amplitudinem, aut decus sedendi, quod consultissimus inter eruditos vir querit Janus Langlus, Patribus licuerit olim, an non in consistorio Principis, aut Imperatoris sedere? Sed ne pluribus te morer lector, ad illum te remitto scribentem ocij semestris lib. 7. cap. 15. cui placet licuisse affirmare. Videatur lex 1. & 2. C. de Comit. Confist. & ibi Cuiac. Neque minus Romani Senatus conscriptos Patres sedendi iure, atque honestate donat ibidem Langlus, si peregrè proficiscentes, siue in Italia, siue in Provincijs aliarum ciuitatum Buluteria ingredi, aut censere voluerint. Vix enim, ut amplissimi consilij Principibus, quorum auctoritati universus penè stabat orbis, negara fuerit ea sedes, ac potestas dicenda sententia:

Colophonem addo huic capiti, locum explorans, stationemque, aut sedem eiusdem sedis curulis: Tanquam netellariam supelleciliem domi quoq; detentam opinor à magistris, nō modo ad usum, & opportunitatem I. dicendi; sed forte ad memoriam honoris, commendationemque posteritatis, etiam exacto Magistratu. Liu. lib. 5. qui eorum curales gesserant magistratus; ut in fortuna pristina, honorumque, aut virtutum insignibus morerentur, qua augustissima vestis est thensas ducentibus, triumphansbusque, ea vestiti medio eburneis sellis sedere. &c. V. & Valer. Max. 3. 2. n. 7. inter Rom. in eadem narratione. Gell. 6. 9. ex annalibus L. Pisonis. *Cn. Flavius Anny filius dicitur ad collegam venisse visere agrotum: & in conclavi postquam introiit, adole scenses sibi complures nobiles sedebant contemnentes eum: assurgere ei nemo voluit.* Cn. Flavius Anny filius Aedilis id arrisit. Sellam curulem iussit sibi afferriri: eam in limine apposuit, ne quis illorum exire posset; utique iū omnes innisi viderent se in sella curuli sedentem. Adi & Valer. Max. lib. 2.

lib. 2. cap. 5. eamdem sellam dum procederent portari iubebant, sique opus tuisset ex inopinato dicendi Iuris causa vtebantur. Vide §. 2. Instit. quibus manumitti, &c. vbi de Contule manumittente, cum in balneum iret, aut theatrum. Iuuant loca Isidori 20. 11. & Gellij 3. 19. ex Gabio Basso, Festus in verbo *Curules*. Si domi, aut priuatim à curuli sede minime abscedebant magistratum compores; multò id minus in conspectu populi, & ad publica officia, in quibus, aut promenda iustitiae auctoritas, aut patrij honoris vindicanda Maiestas. Notabilis est etiam locus Ammiani lib. 25. morem vel sua ætate prudentis, vbi de Varroniano infante ad Consulatum eucto, *Vagitu pertinaciter reluctans, ne in curuli sella ex more veheretur.* Cursum repono inter præcipua loca, vbi Curulis poneretur; quoniam cum eo vsi magistratus dum irent in curiam, aut ad publica ministeria (quod voluerunt auctores nuper laudati) cum triumphantes curulē illic locabant Seruius ad 11. Aen. vers. 384. quare Dionys. Halicarnas. lib. 5. Menenium deuictis Sabinis ducit triumphatorem εφ αρματου διόπε λασιλυν in sella curuli: regia quomodo & Liu. sup. curuli regia sella.

Si ad exercitus ibant, aut in Provincias, secum habuisse Curulē nullus dubito. Hinc mentio sellæ castrensis: hinc militaris, aut Imperatoria, seu strategicæ. Talem vocat Dionys. Halycarn. ἀρχαὶ lib. 8. qualem habuere Consules egressi ad exercitum; sed de his proximo capite. Romanæ huius sessionis ritum, ac morem seruatum fuisse à P. Aemilio in Macedonia, postquam debellasset ex Liuio constat. *Affuetis regio imperio, tamen nouum formam terribilem prebuit tribunal, summotor aditus, præco, accensus, insueta omnia oculis, anribusque, que vel socios, ne dummodo hostes victos terrere possent.* V. lib. 45. & quæ de Marcio Coriolano apud Volscos refert Dionys. Halicar. lib. 8. ac de P. Scipione in Hispania oppidum Badiam circumsedente Val. Max. 3. 7. n. 1. Rom. sed ubique staret, migraret Curulis; priuatim, an publicè; domi, forisue; præcipua illius mansio, ac metatio plurimum suggestus, & locus editior, seu tribunal, aut solium. Quod quoniam augustam Principis Maiestatem potissimum decet, de sede principali, aut Imperatoria placet aliquid subtexere, ut mox ad tribunalia prouehamus.

## C A P V T . X I I I .

Sella *Imperatoria* ἀρχικός, ἡγεμονικός, σπαρτητικός, non alia à curuli. Sella *Castrensis*. Tribunal in castris prætorijs. διόφορος Κασίλεος. Thronus. Θρόνος. Sedes regia. ἀρμάτιος δίόπος. Dionyl. Halicar. expensus. Sedes Heritis, Regalis. Sella *aurea Cæsaris*. Suet. declaratus. Leonardus Augustinus. Elegantiorum sellarum prompta specimina. Nefas priuatis sellam Principis occupare. Maiestas sellæ regiæ apud Persas. Regis διώφορός. Xerxis ἀρχυρότερος: quæ αἰχμάλωτος dicta. Aliæ & aliarum gentium sellæ aureæ.

**I**mperator olim, ut notum est, idem ac Dux exercitus, & rei bellicæ summus antistes. Hinc sella *Imperatoria*, quæ Dionysio Halicarn. σπαρτητικός (vbi de Consulibus loquitur) quasi Præatoria, sive Imperatoria; est enim σπαρτικός, quicumque Praefectus, aut Princeps; & si propriè in exercitu. Eadem & ἡγεμονικός à Ducatu; & ἀρχικός ab Imperio. *Castrensem* quoque reperio, cuius meminit Suer. in *Galba* cap. 18. *Adoptionis* ait, neque militare alloquunturo castrensem sellam de more possum pro tribunali; oblitis ministris, & in Senatu curalem peruersè collocatam: quasi equidem castrensis à curuli differret, quas distincto nomine Suetonius demonstrat. Sed id magis est, ut locum, non formam in hisce sellis diuersam declari velit. Veramque puto curuli specie fuisse: sed castrensis magis expedita, ac véluti in procinctu, more militum. Ostendunt nutrimi, & probant historiæ. De Vitellio apud exercitum Tacit. hist. 2. cap. 59. Valentem, & Cecinnam pro concione laudatos curuli sive circumposuit. de Cæsare Dio lib. 44. pag. 244. τοῦθειδαὶ ἵνι τῇ ἀρχικῇ δίόπῳ πανταχῷ, Ut ubique sella curuli federet. Seruius ad 11. Aeneid. 332. Romanorum Imperatorum insigne fuit sella curulis, &c. Sic quoque Romæ in Castris Prætorijs Tribunal. Tacit. 1. hist. 36. In suggestu, in qua paulo ante aurea Galba statua fuerat, medium inter signa Orthonem collocarunt; loquitur de Prætorianis militibus; & lib. 15. ann. 29. medio Tribunal, sedem curalem, &c. Apud Armenos absenti Neroni id positum fuerat.

Delerat Republica, atque urgente dominatu Imperator fuit, qui Princeps; cuius sella (equidem credo) operosior; cultuque austro, paularim ex ebore in aurum, ac pretiosum quiduis refixa. Curulis

ramen plurimum, aut non admodum diuersa, nisi qua luxus, lususque artificis ornatu, sumptuque nouam faciem appinxisset. V. Icones supra productas Imperatorum sedentium. Hinc δίφρος Εασίλιος, & θρόνος: respiciences thronum, aut solium, in quo sedes: sed & θρόνος Hesychio, ἀγάνδιτος δίφρος, sedes cum anaclinisterio, quod sanè decebat. Vocat & quadrupedem, & ieròν δίφρον, καὶ ἐκπεποιηλμένον. Sacram sedem, atq; exornatam. V. inf. c. 27. Herodian. 4. in honorem Pertinacis. θρόνος τρεῖς καταχρύσους αὐτῷ εἰσκομίζεται. Sellas tres inauratas ei deferri. V. & lib. 2. cap. 10. & 11.

Neque minus Latinis *sedes regia*, quia olim usi Reges Romani ante statum libertatis, detinueruntque dein Consules. Maro 11. magni operis vers. 334.

*Et sellam regni, trabeamque insignia nostri.*

V. Cerdam, & quæ nos supra.

Sic Etrusci afferunt ad Tarquinium Priscum sellam eburneam. Sic Romani mittunt ad Porrenam Regem teste Dionys. 3. & 5. ἀρχαὶ. & iterum lib. 5. de Menenio in triumpho de Sabinis, ἐφ' ἀρμάτῳ δίφρου. Σαριλλῆ in curuli sella regia; quam ἀρμάτων vocat, quippe in curru quæ posita erat; alioquin regia, & curulis hic eadem est. Sed quoniam Menenius tunc in curru sedem occupabat, ideo vocat ἀρμάτων: ne quis ταυτοπειας arguat diligentissimum historicum. Sedes Herilis Corippo Africano 2. & 4. de laud. Iustin. Regalis Ammiano Marcellino lib. 19. Sella Regalis cum aureo pulvinari nullus veterante discreta est. Spart. Adr. 23. Sedile regium. Vbicunque Imperator, ferme ibi sedes, ac thronus, sive in palatio, sive alibi, publiceque, aut intra lares. Apud Romanos initium à Cæsare, cui Romana gens iam prolapsa ad fernitum, & antiquæ indolis immemor ampliora humano fastigio illi decreuit Dio lib. 44. sup. laudatus. Suet. in vita cap. 76. Sed & ampliora humano fastigio decerni sibi passus est: sedem auram in Curia. & pro Tribunal. &c. quæ Suetonij verba quamdam, vt vt leuem mihi exprimunt observationem. Nonne satis erat dixisse *In Curia pro Tribunal?* Cur addidit coniunctionem, & pro Tribunal? An quia duplex ibi sella, alia inferiori loco, alia pro tribunali, vt pro occasione, aut opportunitate, qua vellet, quaque opus esset, sederet? An Tribunal, non curiam ipsam, sed forum intelligemus, vbi iudicia habebantur? Sic habuisset in Senatu, sic in foro habuisset. An tandem ad dūzenam honoris dictum à Suetonio; quasi non tantum in curia, sed, quod amplius

plus est in tribunali eiusdem curiae? Decus quoque crescebat, & excellentia, quoniam non vulgarem, sed auream illi sedem decreuerunt. Dio lib. 44. 243. διόποτε πίχρυσον vocat. Cic. 2. Philipp. 85 sedebat in rostris collega tuus amictus roga purpurea in sella aurea coronatus. & 1. de Diuin. 119. quod paulo ante interitum Caesaris contigit: qui cum immolaret eo die, quo primum in sella aurea sedet, Gr. Claudian. in 4. Consulatu Honorij.

*Portatur inuenitum ceruicibus aurea sedes.*

Sic igitur descitum à prisca curulis simplicitate: cæpitque ebur auro scere, quia mores quondam aurei vitijs lutari. Prout ingenium Principis, aut sæculi intemperies prouocabat, varia prorsus in ijs sedibus elaborandis cura, atque ars. Tapetes insuper, pulvilli, stromata picta, auro limbata, paragaudis, institis, gemmis sumptuosa; sigilla, ac toreumata; si quod ebur, scissile, aut anaglypticum; lapidum tessellæ; auri, arque argenti laminæ, crustæ, segmenta, aut brætarum subtilis litura. Sellam honestissimo cuique præb tam clavis argenteis distinguens Homerus Odyss. 9. columnæ innixam refert in speciem throni.

— θρόνος ἀργυρόνθος

μίσθιος διατυμόντων πρὸς κλῖτα μαρπός ερίσας.

— sedem argenteis clavis

*Medio conniuarum longa apposuit columnæ.*

Sed hic locus me admonet, ut specimina quædam sedium apponam tum Romanarum, tum exterarum, quas aut ornamento, aut dignitate, aut artificij raritate magis visendas existimauit. In veterum monumentis adhuc sedent, ac sine dolo malo tibi lector repræsento. Nonnullæ sunt Numinum, Deorumque (ut vocabant) immortalium. Sed & Imperatores suos coelestibus adscribent, Deorumque, etiam dum viuerent, cognominibus venerabantur, religionibusque inuocabant: imò & tellæ ipsæ Principum in templis adoratae. Illud interim non oscitariter aspexi foemini plurimum cum reclinatorio, & ornatores positas sedes in Nummis, aliisque verustatis reliquijs; quoniam molliorem sexum decebat molliori cuku conuiescere. Sic Deabus, aut Virtutibus id genus posita sella, ut Concordia, Saluti, Pietati, Paci, &c. Ferme autem istib hærum imaginibus Principales, & Augustas foeminas exponebant. Ante aduerso demum in ijs nummis; quos Provincie, aut Graecæ, aut Asiaticæ cudebant, elaboratas

inagis, atque artificiosas sedes apparere: quod earum gentium, atque luxum, aut industriam facile arguit. Multum sedium riorum apparatum oculis lustra, & boni consule.

In horto Principis Ludouiphij. V. in fine libri (n. 14.) In horto Principis Iustiniani (n. 15.) In Sanctæ Mariæ Transtybermæ (n. 16.) singulas marmoreas, quarum exempla Româ misit ad Serenissimum Principem Leopoldum Leonardus Augustinus Vir (dicamus cum Gellio) memoriarum veterum exquientissimus. Apud Boissard. par. 3. 129. (n. 17.) Apud eundem parte 6. 5. vbi duo vtrinque sedentes Forum nœ (n. 18.) ibid. 22. (n. 19.) ib. 127. (n. 20.) Apud Goltz. in Aug. 23. 5. & Cæl. 22. 5. (n. 21.) Apud Erizz. 271. in Domitiano (n. 22.) ib. 337. in Traiano (n. 23.) ib. 421. in Aelio (n. 24.) Tristano tom. 2. 285. (n. 25.) ib. 469. (n. 26.) ib. 510. (n. 27.) ib. 567. (n. 28.) Numeri 29. & 30.) typos mihi fecit cotamunes Serenissimus idem Leopoldus Româ missos ab Augustino. Liberalitè prompti figuraciones, præcipue ob varietatem fulrorum, quibus doles incubbitur, quoniam infrade ijs agendum erit.

Sed ad Cæsaris sellam auream redeamus: meminit Plutarch. in Cæl. Cic. 15. ad Atticum epist. 3. de Sella Cæsaris bene Tribuni, &c. vbi de sella aurea doctrinæ adnotatores rectè explicant. Mera autem diuinatio, dum aiunt respondere Tullium Attico suo, bene factum fuisse à Tribunis plebis, quod Cæsari necato sellam auream ponи veterint in ludis. Nequam (quod ego repererim) tradunt historici id factum fuisse plebis cito, aut Tribunorum, sed potius Antonij Consulis interdicto, ut Appianus lib. 3. Dio lib. 45. p. 273. Vterque sellam auream memorat, ac coronam despicer, quam & gemmis ornatam facit Dio, qui pariter refert lib. 57. sellam hanc auream à Vibio Rufo fuisse priuatim adhibitam nescio qua ambitionis voluprate, & luxus ostento: licuitque impunè facere; cum tamen non sine piaculo Imperatoria sedes à priuatis occuparetur, ut mox dicemus. Sed rudi adhuc dominaru, aut forte ob inuidiam Cæsaris non anquisitum in Vibium, qui nihil alioquin, præter leges fecerat, dum sedem Cæsaris recens extinxi, & hostis Reip. tunc iudicati omni maiestate (ut ita loquar) exutam in priuatum ysum conuertit. Cæterum in ea sella possidenda delicias fecisse Vibium, tanquam Imperij omen, aduertit idem Dio in die 70. d'oppo. χαρακ. εορμως. Vel propriæ sellæ Cæsar futurus; ac yeluti admiratur. & μετ' ἡτε αὐτὸν την ιτι τέσσες,

ςοχτ, neque ob id causam dixit. Peculiarem igitur quamdam sanctitatem in hac sede Principali stetisse, quam non liceret nisi Imperatoris crimen priuatim occupare, multa veterum testimonia nos docent. Dio nuper allatus, qui insuper lib. 74. siue potius abbreviator ex eo inter ostenta, & prodigia Imperij Seuero oblata, εἰς τὸν Κασιλικὸν διόπορον ἐφέρει τὴν ἀγροτικὴν ἐνδύνην, adhuc ephēbus in sella Imperatoria per imprudentiam sedidit. Spartan. in hac ipsa narratione Seueri vītā cap. primo: *Sedit & in sella Imperatoria temere à ministro posita ignarus*, quod non liceret. Idem auctor in Adriano cap. 23. *Seruianum quasi affectatorem Imperij, &c. quod in sedili regio iuxta lectum posito sedisser.* Nunc *Sedile Regium*, nunc *Sellam Imperatoriam* vocat Spartanus. Incubili, in triclinio, in templo, in curia, in theatro, in via, in castris, ubique sua Principis erat sella, quam nefas, ac piaculum usurpare. Vide Casaub. ad Spartan. d. cap. 23. Torrent. ad Sueton. Galbam cap. 18. Lud. Orlean. ad Tacit. p. 783. Inter extera Iudez regum decora, quibus dignitatem suam afferebant, id cautum, ne quis alias Sella eorum vteretur, quod ex auctore Aruch, tradit Casaubonus. Nostris moribus in argumentum segregis, atque intacte Maiestatis sella regnantis obuersa parieti sub umbellis locatur, ut nemini non innotescat, non licere priuato salua Principali fortuna eam occupare. Capitale id olim apud Persas. Val. Max. 5. 1. n. 1. *inter extera. Id ei* salutare futurum dicens, quod apud Persas capitale extisset soldum regnum occupasse. Frontr. 4. Stratag. 1. 6. exemplo 3. *Si in Persis natus esses,* in regia sella resedisse tibi capitale foret. Curt. hist. 8. c. 4. intelligis milles quanto meliore sorte, quam Persa, sub Rege vinatis. Illis enim, in sella Regis consedisse capitale foret, tibi salvai fuit. Adde Diodorū Siculū lib. 17. qui Κασιλικὸν θρόνον appellat: Omnes isti humanitatem tam dicti, quam facti in Alexandro narrantes, quod apud eos legerē est. Omnidō ex iisdem Brisonius lib. 1. Regn. Pers. p. 20. qui alia obseruat.

In Leone Augusto Marcellin. Chron. ad annum 462. loquens de quodam Iacobo medico, statuq; regia in sella iuxta torum Imperialium posita sine vullo Augusti natus consedit. Quas nimium mansuetus fuerit hic Leo, temeritatem medici nec nesci quidem coarguens. Quanpiam suam sedem fecerint Parthorum, siue Persarum Reges, vel eo constat, quod à Traiano inter prædas captiuam sollicitè, nec semel repeterint, Romani autem contra veluti pignus partæ gloriaz apud se retin-

retinuerint, postulata illorum eludentes. De Adriano Spart. in vita c. 13. *Toparchas, & Reges ad amicitiam inuitauit, inuitato etiam Cosdroe Rege Parthorum, remissaque illis filia, quam Traianus ceperat, ac promissa sella, qua itidem capti fueras.* Neque tamen fidem præstitit, malunque filiam, quam sellam reddere. V. Casaub. hic, & Briss. de Reg. Peri. p. mihi 50. Neque aliter Antoninus Pius, qui repetenti Regi postmodum pernegauit. Lamprid. in eo cap. 9. *Sellam regiam Parthorum Regi repetenti, quam Traianus ceperat, pernegauit.*

De hac Sella Regia illud quoq; scriptum reperi, inter cætera ministeria comitatus Regij fuisse Εασιλίως διφροφόρος Selligerulum Regis; cum enim descendente ē curru Persarum Regem puderet stare pedibus, vel manibus suorum in ipso descensu fulciri, admouebant illi sellam, in quam desiliret: perpetuusque aderat ea de recomes, & baiulus sellæ: quod ex Dione refert Athen. lib. 12. cap. 2. in ea verba desinens, καὶ ὁ Εασιλίως διφροφόρος εἰς τὸν ἄπετο, & ob id Regis Diphrophorus (sellæ portitor) sequebatur. Briss. i. de Regno Pers. p. mihi 132. maluit apud Athenæum legere δορυφόρος; ego retineo libentius διφροφόρος. Quis non videt quanto satius ad Persicam magnificientiam ostendendam, si peculiari quis officio, ac nomine sellam Regiam gestauerit, quam si vni cæteris stipatoribus iniunctum id muneric fuerit? Celebre apud Scriptores Cyri solium, de quo Horat. 2. 2. Od.

### *Redditum Cyri solio Phraatem.*

Curt. 6. *Cyri sedem* appellat, quam Plutarchus Κύρη θρόνος 2. de fort. Alex. quasi ea sede regaliota staret Maiestas, & amplitudo Persici Imperij. Claudian. 4. Honor. Cons.

### *Si Tibi Parthorum solium natura dedisset.*

Sed ab hisce sellis aureis oculos nondum reuocemus, quos ita flani fulgor metalli delectat. Χρυσῶν δίφρος vocatur ea Periarum Atheneo d. lib. 12. Artaxersem in auspicio Regni sedisse θρόνῳ χρυσῷ διαλθῷ sede aurea gemmata tradit Ioseph. 1. bell. Ind. cap. 17. Talem auguror fuisse, in qua Xerxes Naumachiam spectauit, sed argenteis pedibus. Hinc ἀργυρόποντος δίφρος vocata, hoc est Sella argenteipos; quam & Athenienses αἰχμή λαζῶν dixerunt, quoniam post Xerxis fumgam, in eorum potestate venit. V. Harpoecrationem, atque ex eo Suidam in αἴρυψην. Catullus nupt. Pelei, ac Ther.

*Ipsius ut fides, quamque opulenta recessit.*

Re-

*Regia, fulgenti splendent auro, atque argento,  
Candes ebur solis —*

Pertinacis Imp. θρόνος τριῶν καταχρύσων Sellas tres inauratas obseruauimus sup. apud Herodian. lib. 4. Corn. nepos de sella Alexandri in Eumenis vita.

*Sellam auream cum sceptro, &c. De argentea, aut argentata Lamprid. in Heliogab. c. 4. vbi de probroso Senatus Cons. quo Princeps probrosior probrosissimis foeminiis senaculum dedit, condendique ius Senatus Consulti. In quodam eorum, præter alia decretum, que sella veheretur, & virum pellicea, an offea, an eborata, an argentata. Coripp. Afric. lib. 2.*

*Auratum scandens solium, sedemque paternam  
Constructam plumis, pulchrisq; taperibus aptam.*

V. Barthium aduers. 9. 12. De sedibus aureis apud alias gentes, quæ notat Buleng. de Imperio Romano lib. 2. cap. 19. qui & de Sella Imperatoris lib. 1. cap. 19. sed, ut solens est, ad alia egreditur, ac nihil minus ibi, quam quæ ἀπὸς Διόνυσον; sellamque, ac lecticam saepius confundit.

## C A P V T XIV.

Absentibus, aut defunctis positæ sellæ in honorem. Coronæ super ijs ex lauru, auro, &c. Sceptra, rami, fasces. Quandoque effigies locatae. Ad Principum sellas habitæ consultationes tanquam præsentium: oblatæ pecuniae, victimæ cæsa. Sella aurea nonnunquam pro inaurata, aut imbracteata: non ὁλόχρυσος: quandoque tota ex auro; quomodo statuæ, & alia donaria. Auro imbracteari, inde nostrum Imbrassare.

**N**otatu dignum est tūm absentibus, tūm defunctis vita Principibus positas fuisse sedes in argumentum honoris, maiestatis simulacrum, præsentiz imitamentum, iucunditatemq; ac solarium memoriaz. Quasi equidem suo ipsorum numine, ac cœlesti vultu, nusquam non desint, vt prouidentiam commodent, imperiantque auxilium tuendæ Reip. Suet. Cæs. sup. c. 76. Sedem auream in curia, & pro tribunali, &c. Dio. lib. 44. & 45. Appian. 3. de quibus sup. Tacit. 15. ann. Medio tribunal, sedem curulem, & sedes effigiem Neronis

ronis sustinebant. & 2. de Germanico: ut nomen eius salicri carmine caneretur, sedes curules sacerdotum Augustalium locis, superque eas querula corona statuerentur. V. hic Lipsius, quem laudat etiam Casaub. ad Suer. Cæs. cap. 76. superius adducti, sellasque in theatrum mortuis illatas pariter animaduertit. Amplius obseruo ita positam mortuis sedem, ut apud eam reuerentiaz, & obsequij causa quasi erga viuentes assiderent, quod Dio narrat, siue eius abbreviator lib. 71. pag. 813: de Faustina defuncta. καὶ εἰς τὸ θέατρον χρυσῶν ἵκεν τὸ φωτίσμα εἰπόντος, &c. καὶ περὶ αὐτοῦ τὰς γυναικας Τὰς διώρητας συνθάλισθαι. Et in theatrum auream imaginem Faustina super sellas. &c. & circa eam illustriores feminas assidentes, &c. De Pertinacis imagine, sedibusque tribus aureis eidem decretis ab Imperatore Seuero, ut in theatrum inferrentur, plurifariam ex Herodiano diximus. Coronæ autem & his sedibus impositæ; Tacitus superius, ac nummi, quos protulimus tum Græcos, tum Romanos cap. 11. Simulque super sellas rami laurei, aut fasces, vel ad pedes earum vtrinque positi in ijsdem nummis. Corn. Nepos in Eumene de sede Alexandri In sellam auream cum sceptro, ac diademate, &c. V. & Appian. lib. 3. Dionem lib. 44. p. 243. de sella aurea Cæsaris cum corona gemmis distincta, quam in spectaculis ponerent, τούτη διόποροι αὐτῷ τὴν ἐπίχρυσον, καὶ τὸν στόφαντὸν διάλιθον καὶ διάχρυσον ἔχει τοῖς τῷ θεῖον, auream eius sellam, & coronam gemmis, & auro insignem, parem illis Diæ rum. V. infra cap. 36. Nec corona tantum, sed effigies locata sedentis Principis super Curuli Tacit. 15. Ann. Medio Tribunal sedem curulam, & sedes effigiem Neronis sustinebant. Dio in eclog. καὶ ἐπὶ αὐτῷ ἵκεν Νέφων ἵσδηνος, ac super eo (suggestu) imagines Neronis statuta. V. & 1. hist. vbi de Galba, & Othonis statuis in suggestu. De Domitiano Plin. panegyr. Iamdudum illi radiatum caput, & media inter Deos sedes auro staret, atque ebore. Obseruat Lipsius. Puto autem hoc spectare Sellisternum, de quo alibi. Neque minus commemorabile ad eamdem Principis sedem tanquam viuentis, videntisque habita de granissimis belli, pacisq; negotijs confilia: illic res arduas, ac difficiles fuisse agitatas: in cuius conspectu oborat statim reuerentia, ac fidei: pudore, iram, studium, emulationem posuerint ciues, deque publico bono, ac salute egregiè statuerint. Ptolemæus apud Curt. lib. 10. cap. 6. post Alexandri mortem in ea altercatione de substituendo Rege. Mea sensatio hac est, ut sede Alexandri in Regia posita, qui regis filius

*filij eius adhibebantur, coeant quoties in commune consulo opus fuerit: eoque, quod maior pars eorum decreuerit, stetar.* Eumenes deinde hunc iplum morem vafamenti loco habuit, ut Argyraspidas tumultuan-tes in obsequium pertraheret; sed coronam, sceptrumq; sellæ adiunxit, quo augustiorem obijceret speciem auctoritatis, ad continendos in officio milites. Corn. Nepos in Eumene. *In principijs nomine Alexandri statuit tabernaculum, in eoque sellam auream cum sceptro, ac diademate iussit posse, eoque omnes quotidiè conuenire, ut ibi de summis rebus consilia caparentur, &c.* V. & Plutarchum in eadem vita. Polyenus Strateg. lib. 4. in Eumene, Diodorus Sic. 18. 60.

Adoratam Caligulae sellam Dio scribit lib. 59. p. 659. imò tanquam præsenti Principi argentum ex more, qui sub Augusto inualuit, oblatum.

Tū lāiu δίόρος τὸν τοῦ Τῶν νυκτὸν κείμενον προστέκτωντας, καὶ ἐπι καὶ ἀργυρίον κατὰ τὸ ἐπὶ τὸ Αὐγούστου ἔθος ισχύεται, ὡς καὶ αὐτῷ ἐκεῖνοι διδόντες κατέβιοτας, Gagj sellam in templo positam adorabant, & argen-tum ex more, qui sub Augusto inualuit, tanquam presens obtulerunt. Vi-ctimas cælas ante illam Neronis à Tiridate refert Tacit. 15. annal. Quod si tam magnum vel humanæ decus auctoritatis, vel diuinitatis etiam opinio hisce sedibus tribuebatur; mirari defino, quod impie-tatis accerteretur, si qui Imperatoriam sellam occupare, non publicè tantum positam (quod sane grauius) sed vel intra palatium, ac dome-sticam foret ausus. V. quæ supra differimus; atque hoc ipsum est, quod Dio notauit lib. 57. de Vibio Ruso, cui contigit impunè sellam Cæsaris domi, & ad priuatos usus adhibuisse. Sed id consulo Vibius fecerat, simulque Ciceronis vxorem in Matrimonio habebat: utro-que gloriabundus, & vanus; aut oratorem se propter coniugem; aut Cæarem propter sellam ostentaturus.

Mantissæ loco non absistam apponere memoratam toties sedem auream apud Historicos, non de solido auro semper intelligi: quasi totæ ex eo, & ὀλόχρυσοι. sed vel inauratas, ac distinctas, principijs metalli bracteis operatas, eo tamen pacto vocarunt; sic cervical, pul-uinar, vestem auream, quæ texta, variegata, nitens auro foret. Cræ-cis κατάχρυσος, διάχρυσος, ἵπτχρυσος. Non negarim quandoque potuisse è solido auro conflari, apud Reges præsertim Persas, aut Bar-baros, de quibus suprà.

Talis omnino extitisse debuit, quam Magus in cubiculo habebat,

cuius sedis pedem arripuit, eoque pugnauit aduersus percussores suos: cui namque usui ad pugnandum, nisi è solido metallo pes ille constituerit? V. Brisson. d. lib. de regn. Pers. p. 50. lib. primo. Χρυσὸν διόπος, aurea sella Alexandri M. sub eo tabernaculo immanissimi luxus memoratur Athenæo lib. 12. cap. 9. Nonnunquam id Romanis consentirem factum. Aureæ sellæ saepius meminit Cic. 15. ad Att. epist. 3. Verrina 4. & primo de Diuin. Certe de statuis scimus è solido auro, argento, &c. tuisse positas tum Principibus, tuorū priuatis. Non loquor de donarijs, alijsque, quæ sacrabant Numini alicui; tunc enim & fôdes, & signa, & vala è solidis ducta, flata, sculpta metallis haud pauca fuerunt. Statuas ex auro solidas legimus multas apud Scriptores, ac refert Figrelius cap. 16. eruditus operis de statuis illust. Rom. quæ vero non rotæ ex auro, ex dictæ Auratæ, auro illustres, sub auro, ex ære auratæ, &c. ut in antiquis saepè inscriptionibus, notatque idem Figrelius Tacitum seques Ducem Salmasium ad Trebellij 30. tyrannos in Tito. Sic auro imoratæari dicuntur eadem statuæ Ammiano lib. 16. laminis nempe, bracteis ue obduci tenuissimis. Indè nostrum Imbrastare. Sidon. Apollin. 8. 8. eboratas curules, & generatarias bracteatas. V. Sauaronem ad hunc locum, ne exscriptorem agam. Huius artificij, aut luxus nimium quantum exquisita quotidie serpit industria magno cum auri derrimento, quod omnigenæ lupellectili superfunditur, atque illinitur. Adeò tam pauca sunt, quæ è solidi lido sint bona, & non adscito fuco resplendeant.

## CAPVT XV.

Tribunal, Suggestus, Bema, &c. Fastigium in domo, ἀκροτήπος. Auditorium. Pro Tribunalali επὶ τῷ έμπεδῳ. In iure. De plano; Leuato Velo; χαροθή. Pro Rostris: curules illic sella. Tribunalium descriptio, atque icones. Asinus Pistorij tribunal ascendens. Solia veterum illustriora. θόρος: Trono, Seggio. Pro tribunali ius dictum. Principes medijs sedentes.

**C**um sedibus istis Imperatorijs (dum mihi quoque, ut Vibio Rufo fraudi ne sit) sensim & aptè deuehor; immò extoller, & assurgo ad Tribunal. Celsus hic, atq; editus locus dignus statio sedis tum Principum, tum Magistratum. De Principali nunc:   
led

sed nihil tam vulgatum, ac detritum: delibo quæ in rem nostram  
magis. *Suggestus, Pulpitum, Tribunal, Bema, Thronus, Solium, alijsque*  
nominibus haud multum disparibus notabatur. Sed nihil his immo-  
tor, neq; vocum originationes sollicito. V. Isidor. 15. 4. Flor. 4. 2.  
de honoribus in Cæsarem congestis: *Suggestus in Caria; fastigium in*  
*domo; mensis in Cœlo, &c.* quæ apposui ob mentionem Fastigij, hoc est,  
ἀρποντίς supra ἡδες. Non parco admonere *Tribunal* vocitari tum  
pegma, aut tabulatum, vel molem, vbi sedebatur, ac sternebatur;  
tum forum ipsum, auditorium, iudicium, vel dicasterium, vbi sedes  
dispositæ. Sed Auditorium tamen quid diuersum à Tribunali; in eo  
namque agentium causas postulata audiebantur; in Tribunali ius pro-  
mebatur. Solemne, ac iudicarium *Pro Tribunali sedere*, quod Græci  
πρὸ, vel ἐπὶ τῷ Κέματος. *Bema*, pro Iure, siue iudicio Græcis I. Con-  
sultis; ἐπὶ Κέματι, *In iure Basilic.* 70. tit. 5. de noxal. act. Festi Epito-  
mator *Pro significat In, ut pro rostris, pro aede, pro Tribunali.* Idemque  
Festus, *pro censu, &c. accipi debet in censu; ut ait M. Varro in lib. 6. re-*  
*rum humanarum. Sicuti pro aede Castoris, pro Tribunali, pro testimonio.*  
Alij exponunt *Pro*, hoc est, ante, sic *pro Rostris, pro curia, &c.* Opponi-  
tur τῷ *Pro tribunali*, quod I. Consultis est *De plano*, & aliter *Lemaco*  
*velo* I. 1. § 8. D. ad Turpilianum: *Item pro Tribunali, non de plano*, &  
I. 1. de constit. Princib. *Vel de plano interrogatus est; ac ferme Interro-*  
*gationes dictæ, quæ ita pronunciabantur, & Interrogi: sicuti Edicere,*  
*& edicta interponere.*

Nonnulla namque genera, quin etiam partes causarum (quippe  
grauioris diiudicationis) strepitum, arque æstum forensis iurgij flagi-  
tabant; neque de plano, vt multa alia, sed pro tribunalii exitum for-  
tiebantur. Huc traho verba elegantissima veteris I. Consulti in lapi-  
de Gruteriano 408. I. quibus munera Decurionatus, ut paucis iam onero-  
sa, honeste de *plano* comparciamus. Compendiosè, ac summarie, ac sine  
perquisitione census (vt opinor) est illud *de plano*. At ad rem nostram.  
Suet. Tiber. cap. 32. *è plano, aut è quaestoris tribunalii.* V. hic doctissi-  
mum Torrentium. Est igitur de *plano* χειρόθη, cum sedetur inferiùs,  
nec ascenditur. Gradus namque ad tribunalis fastigium, vbi sella  
posita Plin. paneg. *ascendere curulem, induere praetextam.* Editum hunc  
locum forsan respexit Iunien. sat. 10.

— — — summas donare curules. Lucan. 5.

*Lentulus è celso sublimis sede profatur.* Sil. 8.

*Hac altas eboris decorauit honore Curules.*

Cassiodor. 6. 3. in form. præf. Prætorio. *Tribunal tuum idèo tam ex-cellsum factum noueris, ut locatus ibi nihil humile, abiectumque cogitares.* Spissa sunt testimonia, sed interius: dum ne indictum relin-quamus omnium celebratissimum Tribunal, aut suggestum apud Rom. Id *Rostra* toties memorata, in quæ concendebant concionis habenda causa, vbi orabant, iurabant, magistratus, & imperia au-spicabantur. Protuli tibi iconem ex nummo Augusti apud Golz. p. 71. n. 5. sup. cap. 10. & in calce libri Icon. n. 2. Vides duos sedentes, & rostra nauium basi præfixa, de quibus Plia. 16. 4. & Dio. 6. Togati apparent Consiles pro Rostris in curuli, an potius sublellio, vel bi-sellio, quod capit duos. Sed curules fuisse illic compositas non am-bigo ad usum capessendi honoris, præsertim Consulibus. Quare ad Stiliconem Claudio. in eius consulatu lib. 3.

*Circumfusa tua confundant rostra Curules.*

Et in Pan. 6. Cons. Honori.

— — — *Agenescunt rostra curules.*

Suet. Ner. 12. *Curuli residens apud Rostra.* Malim Curules legere, quam secures. Græci ἐπὶ τῷ μεσόλαβῳ, Pro rostris. Et Ἐπικα δι-μητροπικῷ, suggestum ipsum. Sic Ammian. lib. 16. veluti pecu-liare Consulum agnoscit, elatum, & scansile nominans, elatoisque vertice scansili suggestus Consulum, &c. Aliorum Bematum, aut sug-gestorum figuras suppeditant frequentissime nummi; ij præser-tim, in quibus congiaria, & liberalitatem exhibentur. Visitur Im-perator in edito sedens super curuli, aliis quoque præfectus frumen-tarius, aut administer largitionis in extremo suggestu, quâ gradus scalarum desinunt, ad munera dividenda, & explorandas selleras: alij pone, circum, infra stantes; nonnunquam duo, teneat Cæsares confidentes. Ex innumeris specimen, aut gustum tibi damus; pro-prer ea potissimum suggesta, quæ ornatoria nobis visa sunt, emble-matis, segmentis, clavis, parergis, & sculptili opere variegata. Ta-lia præferunt numentus Neruz apud Erizz. p. 297. & Traiani p. 367. & Seueri 663. Duo simul Principes Marcus Antonius, & Commo-dus apud eundem Erizzum p. 475. Balbinus, Pupienus, Gordianus 690. 1. Septimius Seuer. cum Gera, & Aurel. Anton. apud Tristan. 1. 2. pag. 96. Gordianus Pater, & filius 468. Seueras cum filiis 262. Philippi Pater, & filius 569. vbi sedes cum scanno, aut suppeditaneo. V. imagines à n. 21. vñq; ad 39. Tric.

Tribunalis descriptionem, ac mensuram habes apud Latinæ architectorum magistrum lib. 5. cap. primo. Tribunal est in ea ade hemicyclij schematis minore curvatura formatum; loquitur de Tribunali in ædo Augusti. Eius autem Hemicyclij in fronte est internallum pedum XLVI. introrsus curvatura pedum XV. Cæterum maior, aut potius ordinaria curvatura, sive spatium diametriens erat pedum xxiiij. ad arcus proportionem, ut idem docet.

Cogito interim, ac splen mihi salit, non tam arduum, ac difficilem fuisse ascensum illum per gradus ad tribunal, qualem descripsimus: aut faltem pro locorum vsu, populorumque institutis, mitiorem alibi, & molioris aditus, si fides Amm. Marcellino lib. 27. in ea facti narratione mihi lepida, tunc opinosa; quod in nostræ Etruriæ vrbe Pistorio contigit, cum non inique mentis asellus (quippe ius iam iam ruditu dicturus) tribunal ascendit. In epido enim (inquit) Pistoriensis prope horam diei tentiam spectansibus multis asinus tribunali ascenso audiatur destinatus rugiens: Et stupefactis omnibus, qui aderant, quisque didicerant, referensibus alijs, &c. tu vide euentum; conueniunt Luciliiana illa.

— rudent. è rostris, atq; euileans

Coicunt sans veluti ancantis, clareq; quirians.

O superstitiones veteres, ac nimium religentes! Quid nos hodie in tali re? Non adeo miraremur.

Illius admirandi, atque omnium splendidissimi tribunalis, quod sapiens Rex sibi struxit, ut Populum diuini promissi heredem iudicaret, descriptionem habes lib. 3. reg. 7. Intra prætorium suum Olyphernem inuenies sedentem in Conopao, quod erat ex purpura, & auro, & smaragdo, & lapidibus pretiosis intextum, &c. in Judith cap. 10. Diffimum aliud, in quo Rex Parthorum ius dicebat, ac legatorum postulata excipiebat, resert Athen. lib. 11. cap. 2. Ac de celebri illo Persarum formâ platani aureæ, ac vitis aureæ, confectâ illic è gemmis vuâ; itidemque de Alexandri Magni tabernaculo, ubi sella aurea, ac suggestus ad easdem imperij artes lib. 12. cap. 9. De Cyri solio dimicatu capite proximo. Totus aureum hic suggestus editior, & scaphilis apparatus regum, nobis, Trono, Seggio, Soglio, ut Græcis θρόνος, οὐλών, Thronus, scena: Tabernaculum quoque, & χρηματίσπιον, cui vmbellæ non deerant, & vranisci, quibus regerentur (Baldacchini) aliaq; non pauca ad enormem luxus speciem, pudendumque assumptæ

ptas Diuinitatis fastum. V. Lipsium de Amphit. cap. 11. Bul. 3. c. 3.  
de Imperatore, vbi de tribunal, & 2. cap. 19. sed thronus etiam  
θόρυβος, sola ipsa sedes Græcis, quoniam in throno, aut solio colloca-  
batur. Pro tribunal igitur iura reddita. Suet. Vitellij cap. 9. Vien-  
na pro tribunali iura reddita, & Aug. 33. ipse ius dixit assidue, & in no-  
-ctem nonnunquam si parum corpore valeres, collocata lectica pro tribunali.  
De Tiberio Tacitus. Iudicij assidebat in cornu tribunalis, ne Prætorem  
curuli depelleret, primo annal. 75. Suet. hac ipsa in re cap. 77. Magi-  
strisibus pro tribunali cognoscentibus se offerebat consiliarium, assidebatque  
mīstīm, vel ex aduerso in parte primori: & si quem reorum elabi gratia  
rumor esset, subitus aderat, iudicesq; aut è plano, aut è quasitoris tribunalis,  
&c. Dio itidem hæc narrans lib. 57. p. 606. ἵπι τῷ Καίθρῳ τῷ κατάρ-  
τικῷ ἀντῷ καὶ μέσῳ καθίζειν ἀλεγένη ὄσα ἐδύνεται τῷ. In subsellio  
regione ipsorum (magistratum) posito sententiam suam promebat. Fer-  
mè autem aduerti Principes medios Consulum sedisse, aut aliorum,  
quos cohonestatos volebant; aliquando filiorum, aut Cæsarum, ut  
ostendunt nummi superius producti cap. 13. De Tiberio Suet. in vita  
cap. 7. Positumque in sebris tribunal, Senatu adstante concendit: ac me-  
dius inter duos Consules cum Augusto simul sedis. Marcello defuncto sel-  
la curulis ponitur in theatro media inter præfectos ludis Magistratus.  
V. Dionem lib. 53. De Claudio idem cap. 23. De maiore negotio actu-  
rus in Curia medius inter Consulum sellas Tribunitio subsellio sedebat.  
Dio lib. 60. p. 675. in hoc ipso facto ἵπι μέσῳ τῷ πάτερ τῷ ἵπι δίφυ  
ἀπχικῆ, καὶ ἵπι Καίθρῳ (lego οὐ ἵπι Καίθρῳ) καθείμων, &c. medius  
Consulum in sella Curuli, vel Subsellio: quod Tribunitium vocat Sue-  
tonius. Nunc igitur subsellio, nunc sella vtebatur: sed illo ad mode-  
stiam, ac ciuitatem, ut mox dicemus. De Caligula idem Dio 59.  
649. ἵπι τῷ Εἴρυτος ἢ δίφυ μετράζο τῷ πάτερ τῷ καθεῖδυμε, &c.  
Pro Tribunali in sella inter Consules sedens, &c. Vitellius apud Tacitum  
hist. 2. 59. Valentem, & Cecinnam pro concione laudatos Curuli sua cir-  
cumposuit. Boeth. 2. de consol. Cum in Circo duorum medius Consulum  
circumfusa multisudinis expectationem triumphali largitate satisisti, &c.  
Verba sunt Philosophiae alumnum suum consolantis, ne prioris for-  
tunæ desiderio intabesceret.

## C A P V T XVI.

*Quandoque Impp. minus digno loco sedentes. Consul Præsidere dicebatur. Tiberi moderatio. Assidere in cornu tribunalis. Ritus exploratus assurgendi, aut sede migrandi in Senatu ad Principem adloquendum. Dionis versor notatus. Princeps Consulibus assurgens. Aue Contul. Adrians, & Augusti comitas: Iulij Caesaris, & Carini festus. Cerialani in matrem reverentia tribunal ascendentis.*

**Q** Vandoque, vt dicebam, moderationis, & æqualitatis laude non erubescabant Principes minus digniori loco sedere, vt eum honorem præcipue haberent Consulibus, & antiquæ Reipublicæ imaginem retinerent; quod multo magis tum factum, cum Princeps Consul non esset: præsidebat enim tunc Senatui Consul; quod notauit ex Plini paneg. Guterus de off. D. A. lib. 1, c. 12. p. 37. Verum neque eo tantum fine, neque perpetua lege id factum, etiam à modestissimis opinor, ut allatis deferendisque testimonij parebit. Tiberius sanè quo rebus agendis foret intentior; iudicij, iustitiaeque fidem promptius specularetur, ac litigantium postulatis vindex, & inspector adesset; non pro tribunal, atque honestissimo loco (qui est medius in ea forma semirotonda) sed assidebat in cornu, vt inquit Tacit. d. lib. 1. ann. quod Suet cap 33. ita expressit; assidebatque missim, vel ex aduerso in parte primori. Si formam tribunalis spectamus, idem est in cornu, ac in parte primori ex aduerso Magistratus. Placet quoque præ missim legere iuxtim; vt quandoque s. assideret, quandoque alibi, vt ex aduerso interesseret. Claudio magnam præ se moderationem tulit: qui ubi medius Consulum sedens aliquid de Republica egerat, in suum locum redibat, Consulibusq; curules nonebantur. Dio 60. p. 675. οὐτα δὲ τέτοιο αὐτοῖς τι ἐπὶ τελεί συνθήτι ἔργα μετάρχετο, καὶ οἰκεῖοι οἱ δίφοι εἰθεῖστο. Post hec cum ipse ad consuetum locum redibat, cum illis (Consulibus) Curules nonebantur; ex quibus verbis duo colligere est; primò consuetum Claudi locum non fuisse dignissimum toto consestu, quem Consulibus relinquebat: secundò Consules curulibus quandoque abscessisse cum Claudio loquuturos; ahoquin cur erat, vt ipsis postea sellæ ponnerent.

nerentur? Descendisse autem eos de sellis alloquendi causa idem tradit p. 668. τῶν ὑπαρχτῶν οὐ τῷ σωματικῷ καταβάσιλος ποτέ ἀπὸ τῶν δίφορων οὐδεὶς διαλιχθώσι ἀντρό. *Consules in Senatu cum de Curulis descendissent, ut eum alloquerentur, &c.* Parum accurate versor Dionis verba, ἀπὸ τῶν δίφορων, latine reddidit, de *Subsellis*: tum quia hæc dedecora Consulibus, tum quia δίφοροι sunt sellæ, & quidem consulares, aut Curules in hoc loco. Enthronus ijs eminentior datus, vnde in planum degrediebantur. Pergit Dio de Imperatore Κλαύδῳ προτεξαέσῃ τοι, καὶ αἰτητροσῆλθε, & assurrexit, & obuiam ὕψη venit. Cæterum ab hac humanitaris laude commendatus Claudius, quod stantibus diu in curia Senatoribus, ipse quoque assurget; cum alioquin propter infirmitates corporis tremorem capitis, & manutum exculatus federet, eodem teste Dione 665. & 673. De Tiberio Tacit. supra laudatus. *Iudicis assidebat in cornu Tribunalis, ne Praetores Curuli depelleret.* Non Consulibus, aut in curia; sed cuique Praetori in suo dicasterio hanc moderationem exhibebat Tiberius; neq; Curuli moueri permittebat Praetorem. Quare Dio lib. 57. de eodem Principiे ιερεῖς μετ' οὐ τῇ σατιτῷ χῶρᾳ καθίσαι τὰ ίδια. Eos (Magistratus) suo quemque loco sedere sinebat. Sed & Consulibus assurgebat eodem Dione referente 57. p. 609. ταῦτα δὲ τοῖς δρόμοις τοῖς στρατιώταις οὐδεποτέ ιτίμα, καὶ τοῖς υπαρχοῖς καὶ υπάνταστοι. Magistratus, ac si in Democritia honorabat, & Consulibus quoque assurgebat. Suet. 32. in vita. Cum palam esset ipsum quoque eisdem (Consulibus) assurgere, & decedere via. Formula, qua Princeps Consulem salutabat, dum obuiam procederet, Aue Consul amplissime, vt ex Mamertini panegyrico edocemur. Comitas hæc Adriani in Seruianum memoratur, quod sedem, aut quiduis aliud relinquens vespere de cubili semper occurseret. Spart. Adriano cap. 8. De Augusto Suet. cap. 53. Die Senatus nunquam Parres, nisi in curia salutauit, & quidem sedentes, ac nominatim singulos, nullo submonente: & discedens eo modo sedentibus singulis vale dicebat. Contrà namque parens Iulius publici odij molem in se pertraxit, eandemque maturauit, quoniam hæc ciuitatis, benignique animi æqualitatem neglexerit, cum in vestibulo templi Veneris sedens accedentibus Senatoribus nequaquam assurrexisset. Nonnulli tamen eum purgare conati sunt, quod ventris profluvio laborasset, veritusque inter assurgendum alium deiiceret, sedi inhæreret. V. Dionem lib. 44. p. 244. Suet. cap. 78. Adeuntes se cùm plurimis, honorificissimè decre-

decretis universos Patres conscriptos sedens pro ade Veneris Genitricis excepit. Aliam excusationem afferit Suer. illuc præter diarrhæam aquæculi. Quidam putant recentum à Cornelio Balbo, cum conatur assurgere; alij, ne conatum quidem omnino, sed etiam admonentem C. Trebatium, ut assurget, minus familiari vultu respexisse. Superbientis fastidij notam obleruat in Carino Vopisc. cap. 17. Prefectus nunquam Consulibus obuiam processit. Sollicitabant hunc locum Interpretes, inter quos Cataub. Prefectis, aut Consulibus nunquam, &c. ac Gruter. Perfectis nunquam, nunquam Consulibus, &c. In mentem mihi venit æqua illa demissio M. Coriolani, qui de summo tribunali sellam iussit in planum deferriri, ut venientem, deprecantemque Matrem exciperet: indignum, ac superbum ratus imperij, ac potestatis inuidiam retinere coram flente, ac misera, à qua genitus fuerat. Non tamen sella abstinuit: inter filij obsequium, & Imperatoris dignitatem publicas processus audituri egregie se temperans. Dionys. 8. Ap. de Coriolano sellam iussit θύμα χαυαὶ, humi deponi: atque iterum, καὶ τὸ δίφορον ἀπὸ τοῦ βιματος ἔθυκε χαυαῖ, Curulem è suggestu in solo statuit.

## CAPT XVII.

Tribunalia Magistratum: in castris, & apud exercitus. Tribunal è conspite. Adloquio. Suggestus minorum magistratum: affersum etiam municipalibus Tribunal in spectaculis. Puteal, an Tribunal Praetoris? Puteale, Opicap: regmen Puteti. Ad Puteal iuramenta. Opicar τὸ Ασκληπιόν Phreatium. Assidere; Adlestores; Confessores. πόρεδροι, σωμάρροι, σωμόροι, Consententes, Nouemfides; Consiliarij. Χαμαδτασαι. Amici Principum, Comites. Tribunal inferiorum. Tribunalium cancelli, & vela. Cancellarij.

**N**on Principibus modò, aut Imperatoribus, quorum potestate vigent Magistratus; sed ipsis quoque Magistribus merito locata tribunalia, veluti honoris insigne, atque Iurisdictionis instrumentum: & quidem tum incolumi quondam Republica, tum valido imperio, sive domi, sive foris posita, atq; erecta: neque ad ciuiles tantum altercationes, sed ad militaria quoque, & caligata iudicia. De Marcio, apud Coriolos nuper diximus ex Dionysio lib. 8. de Scipione ad oppidum Badiam Val. 3. 7. & 88. sup. cap. 12.

subit interim mirari quod de P. Aemilij apud Macedonas tribunali scripsit Liu. lib. 45. *Affuetis Regio imperio, tamen nouum formam terroribilem prabuit Tribunal.* Imò namque nihil tam Regibus vistatum, quam superbi hi apparatus, & tribunalium fastigia, quod notissimum est. Cur ergo tantus terror incussus Macedonibus Regio alioquin imperio affuetis? Nisi tamen noua (vt signanter loquitur Liuus) forma tribunalis terrori fuit, cæterique adstantium ritus, ministeria, habitus; consternatis præsertim animis Macedonum euerfione regni, clade, ac seruitio suorum; Væ victis! subdit Historicus, *sanguinosa aditus, præco accensus insueta omnia oculis, auribusque, qua vel socios, nedium hostes victos terrere possent.* Quandoque tamen in castris; & apud milites nullum tribunal; nisi cæspititium aggestis terræ cumulis fultum, & cluosum, ubi sella posita; saepius vero stans Imperator: indicantque passim nummi, in quibus *Adloquuntio legitur.* Tacit. 1. annal. *Simul congerunt cæspites, extruunt tribunal, quò magis conspicua sedes fore;* ad quem notant vbertim Orleans, & Lipsius, iterumq; hic lib. 4. Dial. 9. de Militia Rom. cuius allatis testimonijs lubet adiungere Ammianum Marcellin. lib. 19. *Vallo propè Acusinicum locato, celo que aggere in speciem tribunalis eretto, &c.*

Minoribus quibusdam Magistratibus, vt ædili saltem Curuli debeatius an non interdicere hoc genere honoris, atque amplitudinis in suo saltem foro, aut iudicio erigendi, concendendique Tribunalis, ad hoc Tribunal suspendo iudicium, atq; ampliare iuuat. Nihil video absoni humiliorem ijs, & magis torrestrem fuisse locatum suggestum, quando eos quoque ius dixisse non diffitemur. V. Manut. 2. 4. quæst. epist. Omnino Municipalibus negatum voluit tribunal Scipio Gentilis lib. 2. cap. 24. de I. Dictione. Sed nos afferimus de quo supra cap. 6.

Præter notiora Magistratum tribunalia indico editoris tribunal in spectaculis dandis, de quo Suer. Aug. c. 44. Lips. de Amphith. cap. 11. & nos sup. c. 12. & cap. 15. ubi non pauca alia de tribunali exposuimus tanquam sellæ statione, ac domicilio.

De Puteali ne h̄c taceam, iusta fese præbet occasio, quod idem esse, ac tribunal Prætoris nonnulli crediderunt. Hor. epist. 3. ad Mæcenat.

— — — — *forum, Putealque Libonis*  
*Mandabo siccis — — — —*

Ee

Et 2. Sat. 6.

*Roscius orabat sibi adfessus ad Puteal cras.*

'Ad quæ loca, Porphyrio in epistolam, Acro in satyram *Puteal* expōnunt tribunal Prætoris, quod & Flacci iunctura verborum, ac sensus suadere videntur. Pers. sat. 4.

*Si puceal magna cautus vibice flagellas.*

*Puceal* est forum, & τὸ δίκαιον, inquit illic Cesaub. Sed *Puteal* ex suo veriloquio nihil est aliud, quam operculum *putei*, quod nos docet Pomponius I. C. l. 14. de act. empti: Tullius lib. 1. 8. ad Att. Glossæ vocant περισόμιον; notatque Cuiac. lib. obseruat. 11. cap. 2. aliter ἵππη φραγμός, *Puceale*: & inibi, τὸ πος ἵππος περικεκλεσμένος, *Puceale*. Per celebris locus Romæ extitit in foro, aut comitio, de quo P. Victor in regione Vrbis 8. statuens, & Dionys. lib. 3. ἀρχαῖολ. qui tamen ὕπερ appellat, *puteum*. non *Puteal*, aut *tegmen putei*; ob id reprehensus à Torrentio in eam Horati Satyram. Sed vereor ut aliquantulum audacter: tum quia antiquissimus, & diligentissimus auctor Dionysius: tum quia non incommodè potuit ille locus vocari ὕπερ, siue *Puteus*; quoniam verè illuc in *pueto defossa* erant eos, & nouacula Attij Nauij, supraque impositum *pueto*, quod Cic. scripsit 1. de Diuinat. Erat autem ara quedam coronata, & superposita *pueto*, ubi quondam defossa nouacula, & eos Attij Nauij anguris; inde nomen sibi fecit *Pucealis*. Hæc ara visitur in nummis inscriptione *Puteal Scriboni* est n. Scribonius Libo, vnde *Puceal Libonis*, qui forte aram instituit, aut eversam instauravit. Adde Festum in ver. *Sceleratus* ex suplemento Fulvij Vrsinij. Nummum exhibet ex Golzio, & alijs Iacob. Ræuard. varior. lib. 5. 8. V. & Torrent. dicto loco. Iurabatur ad hanc aram à iudicibus, ac litigantibus: quo sensu exponentius Horatius, & plenè docuit Ræuard. cui adiungo Ericium *Puteanum* in calce Sche- diastratis de I. iurando. Illò quoque conuenisse Fœneratores, ac desedisse occasionem captantes locandi bonis nominibus pecuniam tradunt: quo respexit Ouidius.

*Qui puceal, Ianumq; timet, celebrefq; Kalendas.*

V. Torrent. ut supra. Non damno igitur aut veteres Flacci Interpretæ, aut eundem Cesaubonum, qui *Puteal* pro tribunali expōnunt.

Credo enim, quod non ignorassent, quid ex sua vocis notione foret *pueto*, h.e. *putei* οὐλυμα, & operimentum; sed Poetæ loquuntur

metonymicè, quoniam proximè illud puteal, vel aram aderat tribunal Prætoris in foro, vnde & illic iurabant iudicaturi: Iuratio autem illa in Iure fieri solebat, & ad Prætorem. Tuetur hanc explicacionem Theodor. Martilius ad eam Persij satyram; qui & puteal, siue puteum religiosè obseptum, & opertum inter res sacras adgnoscit; quod & Glossæ superius allatae monuerunt. Sed φρίαρ τε Ασκληπιος; in oratione Aristidis, quam assert Martilius, non video quomodo huc spectet; neque φρίαρ illic est Puteale, sed Puteus. Reperio quidem apud Athenienses quoddam iudicium, seu tribunal Phreatium fuisse appellatum, forte à puteo quodam. Illic iudicabantur non voluntariae cædis rei; Polluci lib. 8, cap. 10. vocatur τὸ εἰ φριάτοι, quod vertunt *forum putei*. Aristotel. politic. 4. 16. Αθηναὶ λέγεται εἰ φριάτοι δικαστήριον, *Athenis vocatur in Phreatio dicasterium*. V. Scholia st. Demosth. in Aristocrat. Suid. verbo εἰ φριάτοι, & Seberi notas ad Pollucem. Indico tandem Salmafium exercit. ad Solin. p. 1141. & seq. qui diuersum putat Libonis Puteal ab eo Atticis Nauij, neq; tribunal exponit, sed aram, aut potius septum aræ coniunctum ad tutelam, ac munimentum, hinc puteal pro ara ipsa apud scribentes. Sed de his puteis libasse sufficiat: profundiorēm hæustum alijs relinquimus.

Vt ad puteal, siue tribunal, sedesque iudicantium officijs illic statutas redeamus, haud solus ibi Princeps, vel soli Magistratus munia potestatis obibant; sed confessores secum, & secundarum partium alios ad consilia, atque iudicia adiungebant: Cic. 1. de orat. *Nobis in tribunali Quinti Pompej Prætoris urbani sedentibus*. Atque hi sunt, quos vocabant *Assessores* ab assidendo, siue una, & iuxtim sedendo, de quibus est tit. Pandect. de officio Assessorum, & simpliciter *Assidere*, pro assessorem agere l. 37. & 38. D. ex quib. caus. maior. l. 10. C. de assessor. V. Briffon. select. antiq. 3. 10. nonnulla apud Sauar. ad Sidon. 1. epist. 3. Cic. 2. de finibus *Confessorem* dixit A. *Varius qui est habitus index durior dicere confessori solebat, &c.* alibi quoque usurpat Græcis πάρεδποι, & οὐώδποι, & οὐώθποι, quodd in eadem sede, aut throneo iungerentur. Hesych. πάρεδπος, &c. οὐώθπος. Hinc Deorum Synthronis, & Consentes, aut Assessores; qui & Nouemfides, quasi Νουεμfides, quoniam nouem vna federent. Meminit horum fusè Annob. 3. extremo. Seru. ad 7. Aen. Marius Victorin. ac nos sup. cap. 9. Sic Antinous tanquam vnius è consentibus, aut Nouemfidiibus conseratur,

cratur. Vetus lapis *σωθόπον* vocat apud Grut. 86. i. ex Pighio *Ἄριτχος σωθόποντας τῶν εἰς Αἰγύπτῳ θεοὺς*. *Antinoos Synthrono*, aut *Confessoris Deorum Aegypti*. V. ad Spart. Adrianum cap. 14. fulgentissimos adnotatores Casaubonum, & Salmafium. Nonio, & Heminæ in annalibus *Confessores*: quanquam & hoc pacto vocari possunt qui cumque coniunctim sedent, non iij tantum, qui operam præstant tribunahbus, aut consilijs. Quare & hi ipsi *Consiliarij* dicti Suet. Tiberij cap. 33. *Magistratibus pro tribunali cognoscendibus plerumque se offerebat consiliarium, assidebatque iuxtim*. Paulus lib. 1. sentent. relatus in l. 5. ff. de off. affel. *Consiliarij* s eo tempore, quo assident, negotia tractare, &c. Voce *Adsefforij* ne tibi imponat vetus Horatij interpres ad epod. 5. caue, *Hinc Esquilina*, inquit, *porta Roma dicitur Adsefforium*, ubi, &c. emenda *Ad Seftorium* ex Criticorum emunctissimo I. Lips. ad Tacit. 15. ann.

Nec minus Iudices dati intra spatum tribunalis, & si inferiori loco, & in Subsellis Prætorum, aut Quæsitorum; quare quod in l. 2. de re iudic. legitur, *qui pro tribunali cognoscit*, explico non tam de Magistratu, quam de Assessoribus. Huc pertinent ex quorumdam sententia *Indices Pedanei*, eo appellati, quod infra & ad pedes assiderent; Theophilo Inst. de Interdict. *χαμαγδίασαι, humi iudicantes*, de quibus est tit. C. de Iudic. pedan. & alibi sèpè mentio in libris Iuris. V. Ræuard. coniect. 3. 10. Cuiac. ad nouell. 82. quæ est de Iudicibus, Bulenger. d. lib. 3. cap. 3. vbi tamen iudices datos cum delegatis confundit, quos distare haud paulo inter se norunt sanioris prudentiæ consulti. Quod vero Principis confessum attinet, genericè, & infinite *Consiliarij* dicti, qui circa latus agebant nullo certo dignitatis nomine, & in contubernium Imperatoria Maiestatis adsciti, ut loquitur Spartanus Adr. cap. 18. & ad xxx. tyrann. in Macriano, Bul. de Imperatore 2. 21. nos infra, & Comites, aut in Comitatu: Hinc quoquè *Consiliarij* nomen, & *Comitum Consiliarianorum*. V. Iacob. Guther. 1. cap. 17. de off. D. Aug. Etsi namque à stando, siue confistendo dicatur Consistorium, sedisse tamen Comites saltē primi ordinis coram Principe affirmat Guther. aduersus Cuiac. aliter opinantem ad l. 1. C. de comit. Consistor. superius quoque cap. 12. Senatores ad Principis adyra admissos consedisse adnotauimus. At de Consiliarijs Principum, & eorum cognitionibus. V. eundem Guther. ibidem cap. 19. & 20. Buleng. 3. de Imperatore cap. 9. & seqq. Romanis. Magi-

Magistratibus æquo iure assedit veluti beneficium regibus socijs, & amicis seruatum docet Salustij locus in bello Iugurth. vbi de Gauda Malanisla nepote libenter appono verba. *Cui (Gaudæ) Merellus pertinere regum uti sellam iuxta poneres, item posse a custodia causa turram equum Romanor. usrumq; negauerat: honorem quod eorum modo foret quos Pop. R. reges appellauisset: presidium, quod cetero. Noto insimul vocari simpliciter Honorem eam sellæ collocationem iuxta Merellum Consulem.*

Mulier illa maternâ ductâ pietate, vt filijs suis lautioris fortunæ commoda, dignitatesque prospiceret apud Matthæum cap. 20. ad Principum Regem conuersa. *Dic ut sedeant hi duo filii mei, unus ad dexteram tuam, & unus ad sinistram in Regno tuo.* Neque aliter Ioannes 4. Apocalypt. Diuini tribunalis maiestatem vt humanis mentibus instillaret, humanum ritum, apparatusq; letauit. *Et ecce sedes posita erat in Cælo, & supra sedem sedens, &c. & in circuitu sedis sedilia viginti quatuor, & super thronos viginti quatuor seniores sedentes, &c.* Hi sunt Consiliarij, siue Assessores: quorum sedes (ut potè infra primam, & dignissimam) vocat *sedilia*, ac deinde *thronos*. Angelus quoque tenebrarum affectans lucem, verique Numinis æmulator stultissimus suum habet Consilium, & tribunal apud inferos, si fides Poëtis; ne scilicet umbrarum arbiter causam suam faciat, si temerè, nec consultis Assessib; de criminis, aut pœna manum statueret. Seneca in apocoloc. Claudium Imperatorem humanis exemplum perducens ad tribunal Aeaci pararas illic sedes demonstrat. *In ius eamus: ego sibi sellas ostendam: ducit illum ad tribunal Aeaci.* Poetam agit Philosophus in hoc ludo, & naribus vnicis indulget.

Atque his tribunibus, elatisque sedentibus, quo summotior foret aditus, & Maiestas sanctior, fenestrata septa circumdabantur, & cancellatæ fores, præductis decussatim sudibus, nè vulgus temerè accederet. Hinc *Cancellarij*, vel scribæ nomen, qui staret intra eos. V. Spelmann. glos. in *Cancellarius*; Bulenger. 2. 23. de Imperatore, Guther. de off. dom. Ang. 3. 11. & quæ notat Barth. Aduers. 51. 3. Jacob. Gothofr. ad Cod. Theod. tom. 1. p. 71. Imò prætentato quoque vela. Hinc I. Consulti velo levato causas cognoscere, h. est sine magna disquisitione, & palam audiente populo. V. l. 1 3. de Instr. leg. l. 18. de act. empt. l. 5. C. de Naufrag. Quo respexit Constantius, M. nobilissimo editio, quod nobis referit l. 1. Cod. Th. de Off. rector.

rector. Prou. *Venale iudicis velum appellans*. Atq; hæc loca cum eō apparatu, velisq; & admissionis lege *Secretaria iudicium dixerit*: de quibus affariū, ac doctē Valeſius ad Marcellin. lib. 15. ac nos infra non nihil. Omnidē autem Principū ſolijs, confiſtorijs, thalamis eis velamenta adducta, ac reducta. V. Guther. d. loco. Buleng. l. 2. de Imperatore 22. & 23. norata à viris doctis ad Suet. Claudiū c. 10. Neronis 12. Tacit. 13. ann. cap. 5. vbi de Agrippina, *Abditis à tergo foribus velo discreta*, &c. ibi Lips. Sidon. Apollinar. 1. 2.

## C A P V T X I X.

*Solum unde dictum, grammaticorum pugna. Sollum. Sodium. Secundum. Seggio. Regum proprium. Solarius. Solearius. Soliorum apparatus. Respondentes de iure in folio. Solia acerna. Armarium. Solida. Seruus enarratus. Fulgentius emendatus. Podius. Ad podium spectare. Appoggio. Solida sella. Solum pro sepulcro. Tribunal defunctis positum. Vas disomum.*

**A**D folia me transfero, tanquam diuersum quid, nec temerè confundendum; fique, vt perhibent, eō ſolum vocatur quoniam ſolum eſt, atque vnius tantum capax; ſolitariē nos quoque, ac ſeparatim de eo hic agimus, vbi ante de tribunali diſſeruumus. Neque tamen interim tam ſolitarij erimus, quin aliqua ſimul variæ cognitionis intercurrat ſocietas. Solum ampliſſimum honoriſ instrumentum, egregia ſupellex maiestatis, altum decus, ac ſpecimen Regni, diſceptationes hinc inde altercantium Grammaticorum quaſi de Regno in ſe pertraxit. A ſolo deſcendant, an non, h. e. terra: à ſolo, id est vnicō: à ſollo, videlicet toto; an tandem à ſoliditate ſolliciti nimium, atque æſtuantes querunt. Festus. *Solla appellantur ſedilia, in quibus non plures ſingulis poſſunt ſedere*, &c. quaſi nempe ſolum, atque vnicum recipiant ſefforem: ac verè inſociabilis eſt regnandi fides, neque alteri ſimul bene committitur Imperij gubernaculum. Pergit Fest. *Omnia ducta ſunt à ſollo*, vt emendare illic legimus. Idem, ſollo Oscè dicitar, quod nos eorum vocemus. Qua retenta origine, haud reor neceſſarium vocem mutare, & pro ſollo ſubſtituerre ſolia, quod tamen fecit Cl. Voff. Etymol. verbo ſolum. Solla enim vult appellare Fest. & non ſolia, & cur ita appetat, diſcretè exponit,

qui

qui alueos pariter balneares sola dici monens, infit. *Aluei quoque  
buandi gratia instituti, quo singuli descendunt. Sola dicuntur qua à se-  
dendo potius dicta videntur, quam à sollo. Eiusdem illa sunt solla stern-  
nere dicuntur, qui sollistemium habent. Pariter eiusdem, solaria vocan-  
tur Babylonica, quibus eadem (solla) sternuntur.* V. Cuiac. 10. obseru.  
17. Libenter geminarem liquidarum primam, reponendo *sollaria*  
ob eam à sollo deductionem, quam vbiq; ingerit. Quamquam non  
ignoro, quod idem docuit de veterum vsu, nulla tunc geminabatur litera inscribendo. V. in Soltaurilia. Sed refert Seruium quoque audire  
ad illud summi vatis vii.

— — — *solio medius confedit aucto.*

Ita inquit honoratus hic Grammaticus, ut eum bene Vossius restituit.  
*Solum est veluti armarium de uno ligno ad Regum tutelam factum, à so-  
liditate dictum. Secundum alios, quod solum unum capiat. Secundum  
Asperum per antistichon, quasi sodium à sedendo: nam & sella quasi sedda  
dicta est. Sed penè asperum, quod Asper avilis in hoc comminisci-  
tur; non enim vnius tantum literulae facta esset commutatio, si so-  
lum quasi sodium diceretur: Et in O. & V in D. duplex pro duplice.  
Quodd autem à soliditate arcessunt alii, solida magis notatio est, ne-  
que à sollo Pompeij Festi dicitur. Varronis certè sedum neutro ge-  
nere affine est *solio* Asperi Grammatici; nosq; appellamus *Seggio* to-  
rum illum luggestum, Græci θόρος, vt Isidorus docet mox afferen-  
dus, ac supra in tribunali diximus. Postiores ijdem Græci, ac se-  
mibarbari Latinum imitantes σωλήνα dixerunt, quomodo Codinus Ce-  
drenus, alijq; citimæ verustatis. Maurs in glossar. *Solum* exponit.  
Georg. Pachymer. hist. 3. cap. 2. ἀμβωτα, καὶ σωλήνα, Ambonem;  
& Soleam nuperrimè editis ex bibliotheca Eminentiss. Barberini. Non  
pauci de hac *solea* eruditè scripsere, quos laudat doctiſſ. Possinus ad  
eum Pachymeris locum in glossar. pag. 419. ac deinceps, præcipue  
Illustrissimum Allatum in Diatriba de eo argumento. Delego te Le-  
ctor ad eundem Possinum, qui exactè verbi notionem in Ibellemisimū  
translati expendit: tandem colligens *soleam* antiquo Latino verbo  
propriè dictam, in templis Græcorum nihil aliud fuisse, quām sub-  
structionem specioso apparatu coronaram, quā aram maximam, ac  
presbyterium ab ingressu, inspectuq; populi tegebat: extētā quoq;  
appellationem ad spatium quoddam isti substructioni contiguum de-  
signandum. Sed ad *solum* reuertamur. Isidorus lib. 20. cap. 11.  
Sedes*

*Sedes singulari numero propriè Regni est, quod Gracis Op̄os dicitur, nos solium (deinde h̄c verbum subsellia, quod irrepit, & continua oratione) in quo Rex sedes propter tutelam corporis sui, secundum quosdam à soliditate dictum.*

Erat igitur solium nihil aliud, quam sedes, & quidem Imperij, ac Maiestatis, non priuati hominis; Regibus locata, ac composita; exercitus potius in usu, quam Romanis Principibus, ut ego sentirem. Vide namque ab auctoribus retineri hanc Regum mentionem, quasi eorum peculiare. Servius supra *Ad Regum tutelam factum*. Isidor, propriè Regni est, & mox, in quo Rex sedet. Cassiod. in psal. 1. *Solium Regum proprium esse memoramus*. Val. Max. 5. 1. exter. primo. *Solium Regum occupasse*. Spartan. Adr. 23. In sedili Regio iuxta lectum posito, &c. V. quæ notat Casaub. Maro dicto loco Aen. 169. de Rege Latinorum.

— *solio medius consedit austro.*  
Ac de Didone Regina 1. Aen. 510.

— *soloq; altè subnixa refedit.*  
Ouid. 14. Metam.

— *Pulchro sedet illa recessu*  
*Solenni solo* — — —  
De Circe loquitur. Libentius lego Solenni, quam Sublimi. Est autem Solenne, h. e. proprium Regum, & ijs debitum. Coripp. African. 2. de laud. Iustini.

*Auratum scandens solium, sedemque paternam.*  
Ennius lib. 2. de Rege Romano.

*Tarquinio dedis imperium simul, & sola Regni.*  
Vbi tō sola, non regiones, aut terras Regni, vt alij opinari sunt, accipio, sed tōa, hoc est, solia; quomodo, & hunc locum intellectus Fest. in solium. Hoc enim quoque nomine appellantur, & solum, & solium; ac belle tunc conuenit, quod vnum capiat solum, quomodo idem Festus. Non plures singularis possunt sedere. Apud Grut. 643. 8. ex Mazzochio Solario ab Iaco Semeles, &c.

Nisi mendum est in exceptione, aut lapide, ego soliarium expensem, non artificem soliorum; sed solum, aut puluinar custodientem Dic Semeles in eius luco. Sic Quæstor ab Aerario pro Quæstor Aerarij, ut supra docuimus. Quod si quis soliarium pro artifice exponat, lucus Semeles demonstrationis gratia appositus erit, ut officinam,

aut tabernam indicet. Apud eundem Grut. 648. 13. L. Bratinus ~~Lit~~<sup>an</sup>rinus Solearius; à soleis, an à solijs, ac solearius pro solarius, iudicationem protollo. Quomodo autem de Tribunalibus supra diximus, in sublimi statuebatur solium, ut per gradus, & scaenilia ad culmen illud perueniretur. Coripp. 2.

*Aurasum scandens solum —*

Ouid. 14. Metam. 261. ex altera lectione.

*— pulcro sedet illa recessu*

*Sublimi solio —*

Quantum opinor, non sella tantum vbi Reges incumberent, sed totus ille apparatus, ac scena vestibus ornata, solum nomine non vacabit. Hinc solaria illa Festi, seu Babylonica ad inferendum. Alioquin vnicæ sellæ amiciendæ, & vnius dumtaxat capaci, quid lata Aulæ, pictaque Babylonum stromata aduocamus? Coripp. 2.

*Construitam plumis, pulchrisque taperibus aptam.*

Huius sedis formam, tanquam Regum peculiaris, & (quod coniiciebam) exteris potius usurpatæ, diuersam à Curuli censerem. Tu vide varias sellarum imagines magis operosas, sumptuque, & artificio vivendas, quas protulimus, vbi de sella Imperatoria. Quis modum, legemque ponat Regum superbiaz, opibus, luxui? Haud tamen inficias iuero solium non modò de suggestibus Romanorum Princeps, sed de alijs quoque Honoratorum sedibus dici; imò Tullius de se ipso ius responsuro 1. de 11. Non recusarem quò minus more patro sedens in solio consulentibus responderem. En mos Romæ solennis in solio respondendi de Iure: Qua autem solemnitate verborum, collegit Brisson. 3. form. Sed veterum solia non tanti pretij, atque artis fuisse credibile; quippe ad tutelam facta Regum veluti armaria, non ad luxus ostentationem, aut maiestatis fulgorem. Acerna facit 8. Aen. Vates solio dignissimus de Euandro loquens.

*Principuoque toro, & villosi pelle Leonis.*

*Accipit Aeneam, solioque innitat acerno.*

Cuius imitatione Ovidius 3. Metam.

*— in solio medius confedit acerno.*

Ea sunt, quæ Græcis itidem Vatibus μόνιμις.

Structura, ac facies est, *veluti armarium de uno ligno*, inquit Seruius, quasi incompactile, ac continuum, nullâ commissura, aut clavatura. Rudi olim seculo, aut quadrata, aut teres ligni massa aptæ seden-

sedendum altitudinis, atque vnius tantum capacis, quam loco emi-  
nenti statuerent, forte sedes erat, ac solium regnantium, quemad-  
modum de subitario, ac cæspitio Imperatorum suggestu in castris  
admonuimus. Quod si à soliditate solium vocamus, en quomodo  
Festus in solitaurilia lucem nobis affert; *Quae nulla parte, inquit, laxa-*  
*ta, cavaque sunt, solida nominantur.* Atque hoc pacto omnis artificij,  
aut paraturæ expers, commodumque, atque expeditum solium aspor-  
tari, ac locari quacumque libuisset, facile poterat ad usum, atque  
opportunitatem. Quod verò insuper describit Seruius, *veluti armâ-*  
*rium, undequaque fuisse clausum constat, præterquam in aditu, aut*  
*parte anteriori: quanquam si talis figuræ, & fabricationis fuisse sol-*  
*lium, vix fieri potuit, quin aliqua tabularum commissura, ferrumen,*  
*ligamentum annulorum, cardinum, clauorum interueniret, quibus*  
*compingeretur, ac cohæreret.* Quomodo igitur, ut idem ait, *de uno*  
*ligno?* Nisi *Vnum exponamus nudum, ac solitarium, sine alterius ma-*  
*teriæ societate, sine habenis, aut loris, sine puluillis, aut instragula*  
*veste.* Etiam hodiè quandam armarij speciem referunt hæc solia.  
Principum, ac Regum, si utrinque ad latera claudantur, quod quan-  
doque fit adductis velarijs. Consimile quid nobis describitur à Ful-  
gentio Placiade *Aumarium* (inquit) dicitur locus secretus publicus, sicut  
in theatris, aut circo. Sed quod vocat *Aumarium*, repone *Armarium*.  
Talis ergo domuncula, aut statio, qualem Principibus construebant.  
*Ad Regum tutelam factum, subdit Honoratus: nempe dum eo veluti*  
*armario, tabernaculo, & οὐρανῷ, vndique circumsepti sedebant*  
*Reges, perfidorum manus facilius propellebant, spesque improbas*  
*eludebant perduellum; quoniam non nisi ab una parte, ac præuden-*  
*tes peti poterant.* Atque hæc Seruij spectans dicta, ut opinor, do-  
ctissimus Iunius in nomenclat. *Solium exposuit hanc sedem ad Regum*  
*tutelam; cuius usus fuit, inquit, antequam Stipatoribus sepire latus*  
*cæperant.* Sed vera dicam; prisco illo anno nunquam magis tui Re-  
ges, quam ubi, aut quando minus tui fuere; cum ignota satellitia,  
nec dum inuenient militum manus, atque hastæ, que latus cingerent,  
ac protegerent. *Discimus experimento* (inquit Panegyrici Dædalus)  
*fidissimam esse custodiā Principis eius innocētiā; hæc arx in accessa, hoc*  
*inxpugnabile munimentum, munimento non egere.* Frustra se terrore,  
succinxerit, qui septus caritate non fuerit. Quid igitur opus Stipatori-  
bus, cum nullæ adhuc insidiae timarentur? Eodem tempore natus

tumor, & sepulta innocentia. Ergo aut inanis tutela in solio , aut vna cum protectoribus simul inuentum . Quanquam quæ salus , aut securitas arcâ lignea, tanquam arce includi ad effugiendas audaciam hominum manus , qui forti ictu flagitosos Principes haurirent , & animoso gladio publici boni libertatem extorquerent tyrannis ? Sed de hac solij structura ad Regum custodiam ante stipatores inuentos esto cuique placitum statuere , quod magis lubet . Cætera Seruir etyma non improbarim . Illud præcipue , quod *solum unum capit* . Colligimus hinc sedis magnitudinem , modumque capacitatris . Sed & *solum* , suggestus ille , qui in Orchestra , aut podio locabatur Principi ad spectacula . V. Lip. de amphith. cap. 11. ac seqq. qui consideratè distinguit podium magnum , ac peculiare Principis à podio communi , ac vulgari , vbi senatus , ac cæteri honestiores sedebant . In eo podio magno thalamus , mansio , οἰκίσκος , domuncula cancellata , fenestrata , velis , & cortinis obductis , vbi secretum capabant in ludis spectandis , quam *solum* dixeris . Sed *podius* communiter tota illa pars erat Orchestrae , siue mænianum , & proiectura , vbi sedes disponitæ spectantium , qui magis spectari forent , commoditati : Inde ad podium spectare Latinis ; unde nostrum *Appoggio* , & *appoggiarsi* . V. ad antiquitatum Romanam collecta lib. 5. cap. 1 e. affluentissimum Dempster , qui reliquatorem Rosinum suis paralipomenis egregiè liberat .

Hoc autem mihi subolet , *solidam sellam* apud Festum pro solio explicari posse eo soliditatis respectu , de quo sup. V. illam in *solida sella* . Cùm verò locus misere sit disceptus , ac truncus , vix articulum boni sensus illinc colligas . Sed huic Hippolyto sius medetur Aesculapius ; qui ad vitam nisi penitus reuocat , sahem offa , & laceros artus coniungit . Confuse itaque magnum Scaligerum , qui tandem opinatur *hanc solidam sellam* propriam fuisse Sacerdotum , ac Magistratum , vbi sederent ad auspicia capranda ; adi eundem Festum in *sikere* , vbi de solido lecto quædam non aliena , atque ibi eximius idem adnotator . Nasoni *solida sedes* pro throno Regali . Nisi fallor 2. Metam. verl. 148.

*Dum poset , & solidis etiam nunc sedibus adstas .*

Si nostra sedium genera hodiè attendamus , cathedras quafdam sacerorum antistitum haud absimiles existimemus solio , quoniam è ligno totæ undequaque includunt sedentem ; nisi quatenus in lateribus parumper caratæ , ac simuofæ , exili arcu sessorem denudant , aut professorum sedibus affine , in quibus pectore tenus se se exponit , cætera circumseptus , qui insider ,

Ob

Ob hanc autem ipsam solij speciem obsepti vndique , ac circumclusi, cur arcā mortualem, aut loculum eō nomine affecerint , in causa forsitan esse potuit. Meritò solium dixeris , vbi ſexū illa cunctorum domitrix, cui viuentes omnes tandem procumbunt, ſedē infigit immorāl, legemque hominibus sancti durissimā vitæ post hac nunquam remeabilis . Plin. 35. cap. 12. *Quin & defunctos multi fictilibus solijs ſeſe condit maluerē, vt legunt eruditiores pro dolys.* Flor. lib. 4. c. 11. de Cleopatra loquens. *In differto odoribus ſolio iuxta ſuum ſe collocauit Antonium.* Curt. 10. 10. *purgauerē corpus, repletumque eft odoribus aureum ſolium,* &c. notat Frechinsemius ad hunc loctim, obleruatque Salmasius ad Suet. Neron. cap. 50. *In eo monumento ſolium Porphyretici marmoris,* &c. Sed similitudinem ducit à ſolio, ſeu alueo , in quo lauabantur . Non temerè quis credat ſolia itidem fuifte appellata hæc ſepulchra parentium præcipue , ac diuitum , quoniam magnificè coniucta, ac ſublimi ſtatura forent loco . Haud aliter poſita mortuis tribunalia reperio in antiquis inscriptionibus; quæ tum honoris ergo , memoriæque illustris monumento erigi potuerunt ; tum vt illic , quæ reliqua ſunt vitæ defuncti oſſa , ac cineres honorificè coaderentur . Fidem nobis præſtruunt operose , ac superbè ſtructa , ſoliorum instar, ea veterum ſepulcra quorumdam . Grut. 7511 11. P. Aelius Venerianus hoc vas diſomum ſibi , & felicitati ſua poſuit, & tribunal ex permiffu Pontificis fecit. Eſt autem diſomum vas duorum corporum capax, quod tum ſibi , tum felicitati (nomen id mulieris ) Venerianus poſuerat . Obſeruo Pontificis auctoritatem , ac permiffum , quo tribunal id mortuale liceret constituere ; ac fi extra ordinem , nec vulgare quid foret . Adi & 174. 10. *Tribunal cum locis & ſtipe collata poſuerunt, & fragmentum 170. 1. Sedem extrecto tribunali &c. milites inſcripti poſuerunt.* Hoc idem ſolium , aut tribunal defunctorum manibus d̄catum , forte alio nomine , vt ſuſpicor , Podium dixere , vt in alia epigraphe 172. 13. *Podium cum lorica aditus viuos fecit.* Solium tandem appellatum peculiaris balneorum pars , vbi lauaturi ſedebant ; & quidem plurium illud capax , non vnius , vt de ſolio Regum diximus ; qui & alueus aliter dictus . Sed de his inſtra cap. 25. vbi de ſellis balnearibus .

## C A P V T X I X.

Tribunal. Antistitum. Tribuna. Tholus. Concha. Hemisphærium, &c. Trullus, Τρύλλος. Synodus in Trullo. Apis, Absis, αψίς. Sella episcopor. sub apside. Εῖμα, Bema οἱ ἀπόστολοι Εὐαγγελιστοί. Secretaria, in ijs habita consilia. Secretarium iudicium, Praetoris, Senatus. Stallum, Stellus. ἑρποντζήν. Enthronismus. Enthronisticum. Inthronisticum. Cuiacius aduersus Langemus defensus. Synthronus. Thronus; de Patriarchatu dictus. Leo Alacius Laudatus. Cathedra: Antistitum propria. Cathedraticum: aliud ab Ethronistico. Dies cathedræ. Cathedra D. Petri instaurata ornata, translata. Py, ac venerandi operis auctor Sanctissimus Alexander VII. celebratur. Cathedra D. Iacobi: item D. Marci. Carolo Dato redditum laudis testimonium ab humanitate, atque eruditione.

**A** Gentium Tribunalibus ad sacros veterum Christianorum suggestus traducor, quos in templis, aut Ecclesijs statuerunt; eademque de antistitum sedibus nonnihil explicò, ne crimen prævaricationis incurram, si penitus, h̄c tacuero. Sed transeo, atque indicò, neque ante hoc tribunal me diu sisto. Isidor. 15. 4. Tribunal, cō quod iude à sacerdote tribuantur præcepta vivendi; est enim locus in suolimi constitutus, unde uniuersa exaudiri possint. Nominis originem nil moror, an à tribuendis præceptis, an verò quod illuc tribus conuocentur, ut idem subdit auctor, & magis verum est; aut (quod alij maluerint) quoniam tribuni locus, aut sedes foret. Puto autem nostrum Tribuna eō vocari, quia tribunal, thronus, ac sedes episcopi sub eius fornice, aut camera statueretur. Tholus etiam dicta θόλος, Hemispherium, Concha, & posterioribus Græcis τρύλλος, Trullus (cupola). Neque suspensa, aut fornicata illa pars ædis dumtaxat, sed & pavimentum, ac solum illi subiectum Trullus dicitur. Inde Synodus sexta Oecumenica sub Iustiniano toties memorata vocatur Synodus in Trullo ob locum, ubi habita fuit. V. Meurs. gloi, in τρύλλος, & Buleng. de templis lib. 3. cap. 29. Allat. de templis. Græcor. epist. 2. n. 3. vbi plura de Trullo, ac templis Trullatis.

Item Apis, & Absis, αψίς, ob curuaturam, & arcuati operis formam; & Absida, de ab accusatio Gr. Augustino, Isidoro, & alijs.

Plin.

Plin. epist. 12. 17. Cubiculum in apsidacurnatum. Sicut autem Tribuna, à tribunali subiecto, ita contra Absis pro sede, ac throno Pontificis accipitur, quoniam sub abside est. Augustin. epist. 203. ad Maximum episcopum Donatistam, Nec absida gradata, nec cathedra vela-  
te, &c. idemque, qui ad nos in absidem honoratores, & gratiore ascendaverant. In apside igitur posita cathedra, scandilesque ad eam gradus; sed & Apsis totus illus locus, aut pars ecclesiae, vbi tribunal erigitur sub fornice, aut hemisphaerio, nobis hodie Chorus, Episcopium, Sanctuarium, θυρα Εὐμαρος, isparētor, Presbyterium; vbi & aetare maius αγία τράπεζα. Hic episcopus sedebat: hic coetus canentium, ministrantium, operantium; neq; illuc accessus nisi initiatis; cancellis fermè, clathrisque præductis. Imò & eminentiori ædis parte per gradus ad eum ascendebat; unde illi & nomen bematis, Εὐμαρος. Sed forsitan Κύρια, quoniam illuc (vt de tribunali, & apside diximus) thronus, aut Κύρια antistitis locabatur; & oī από Εὐμαρος, quibus licebat in Presbyterium, aut episcopium, aut apsida, &c. ingredi. Quales qui res diuinæ exequuntur sacris affecti ordinibus, non laici, ac profani, excepto Imperatore. V. Petr. Possimum accuratissimum versorem, & glossographum Georgij Pachymeris pag. 422. in verbo Σωλίας, vbi quædam de Bemate. Omnidè consule Leonem Allatium & πάτερνη epist. 1. de templ. Græcor. n. 11. & 12, qui & isparētor diuersum à choro statuit, saltem Græcis. De Apside Spelmann. glos-  
sar. Buleng. d. lib. c. 22. ac de Bemate. c. 21. Non placet autem quod idem Bulenger. alijq; Secretarium ponunt sub apside, atq; in eo pa-  
riter locant fedem, aut solium Pontificis. Mihinamq; Secretarium magis est, quam vocamus Sagrestia, Sacrum, Sanctuarium, Vestiarium, Pastophorium. Erfi quandoque inter hæc nonnihil discrimi-  
nis. De Secretario Guther, de I. Pont. Ver. 3. 9. Affinia n. qñædam obseruare est apud Ethnicos. D. Hieronymus sanè duo statuit pasto-  
phoria hinc inde apud apsidem in Fzechiel. 42. quomodo fermè hor-  
diè duo saeraria, quæ sunt extra chorūm, sed tamen apud ipsum. Secretarium Paulinus epist. 12. eleganter describit.

*Hic locus est veneranda penus, qua conditur, & quæ  
Promisur alma sacri pompa ministery.*

Crederem tamen sacrarium, aut vestiarium, vel diaconium propriè  
suisse partem ecclesiae, vbi Lipsana sanctorum, aliisque instrumentis  
ad quotidianos usus seruata: pastophoria vero ad ecclesiam, vel po-  
tius

vius extra eam, vbi æditui, & custodes habitarent; imibique conderentur, quæ vel pretij maioris, vel vñus rarioris (nobis l' Opera) aut quoddam quasi gazophylacium. Quod si quando apud rei Ecclesiasticæ scriptores mentio vestium, aut alterius supellestilis sacræ intra Apsidem, forte an intelligendus abacus, aut mensa, vel altare minus: Græcis πρόθεσις (nobis Credenza) vbi vasæ, vestes, aliaque ad sacram faciendum parantur. Meam autem (vt eò redeam) de secretarijs opinionem tuetur Sulpicius Seuerus epist. 1. loquens de D. Martino; *Mansiones ei in secretario ecclesia clerici parauerunt, multumq; ignem scabro iam, & pertenui pavimento subdiderunt, lectumq; ei plurimo stramine extruxerunt; & Dial. 3. n. 8. Secretarium ingressus, cum solus, ut erat illi consuetudo, resideret (hanc n. sibi etiam in ecclesia solitudinem permissa clericis libertate prestat) cum quidem in alio secretario presbyteri sederent, vel salutationibus vacantes, vel audiendis negotijs occupati.* Meminit & dialogo 2. n. 1. Apparet ex his Sulpicij locis secretaria non intra apsidem fuisse, neq; ibi thronum episcopi proinde statutum. In his autem secretarijs fermè olim habita concilia. V. Baron. tom. 6. ad ann. 451. ex Liberato Diacono, & Euagrio. Iuret ad Symmach. lib. 10. ep. 36. Alia autem fuerunt secretaria iudicum, quæ haud diuersa admodum ab auditorijs. Græci partem vocant τὸ δικαῖον. Iurer. ibid. & 2. epist. 30. Guther de Off. D. A. 3. 7. meminit l. vltima Cod. vbi Senatores, aut clariss. l. penult. C. de accusatoribus, & alibi. Secretarium Praetorij. D. Augustino 3. 56. contra Crescon. Secretarium Senatus. Grut. Inscr. 170. 5. V. plura de secretario apud Iacob. Gothofr. tom. 1. in Cod. Theod. p. 41. tit. de off. rector. Prouin.

Tribunal autem episcoporum describit Euseb. lib. 10. Hist. eccles. Prud. hymn. D. Hippolyti vers. 225.

*Fronte sub aduersa gradibus sublime tribunal.*

*Scanditur, antistes predicit unde Deum.*

Isidor. sup. d. lib. 15. c. 4. locus in sublimi constitutus, &c. & Augustin. d. epist. 203. veluti perstringens quosdam suæ ætatis episcopos. Nec absida gradata, nec cathedra velata, &c. Sulpicius D. Martini paupertatem, & moderationem laudans. Illud non prateribo, quod in secretario sedens, nunquam cathedra vñus est. At nescio cuius fastum, & ambitionem mox damnat, nam in ecclesia nemo unquam illum sedere conspernit, sicuti quendam nuper (scilicet Dominum) non sine meo pudore vidi sublimi

limi solio, quasi Regio tribunal, celsa sede residentem. Dialogo 2. n. 1.  
Stallum, aut Stallus pro eadem antistitio sede, vel cuiusq; qui praesideat  
in Choro; Inde Stallus abbatis, Prepositi, &c. V. Voss de vitijs ferm.  
Spelmann. Archæolog. in Falda. Gloss. Stallus est locus unus à Choro.  
Sic Græcis τόποι simpliciter pro his locis, aut sedilibus, & σταύροις  
quod magis accedit τῷ stallo. Huc traho verba lapidis apud Grus-  
ter. 1074. 10. Tribunal cum locis, &c. h.e. cum sedilibus. Stallum  
igitur quasi stabulum, aut statio, quo nomine affecta ea sedilia. Iisdem  
Græcis inulti æui, & labentis sermonis eminentior hæc sedes vocata  
σωλεῖας, quasi dicas solium, vti vertit Meurs. in Glossario. Memine-  
runt Codinus, Cedrenus, Euchologium, ac Simeon Thessalonicensis,  
quem laudat Allat. d. epist. 2. n. 5. mauctq; cum Meursio solium  
vertere, quam Iacobo Gretsero adhærere, qui diuersum putat.

In hoc igitur tribunali, siue facrorum antistitium solio posita sella,  
quæ plurimum nunc thronus, nunc cathedra à scriptoribus appella-  
tur, θρόνος, καθέδρα. Quocirca εὐθρόνιζεν dixere in sedem pone-  
re, aut inaugurate antistitem, & εὐθρονιζόντες ille actus acceptæ po-  
testatis; ac dies enthronismi, quo ea capitur. Hinc Enthronisticum,  
Inthronisticum, εὐθρονισμὸν, & vulgo Cathedrale, aut Consuetudo.  
Gr. σωλεῖα nouella 123. pensio. silla, seu honorarium, aut munus,  
quod dabat antistes alijs episcopis, seu Patriarchis, aut Metropoli-  
tis, clericisq; a quibus inaugurabatur, atque in throno locabatur.  
Mentio in ea nouella 123, cap. 3. quod Julianus Antecessor vocat  
Καθεδρικὸν, Cathedricum: & quidem in lemmate eius capitinis  
scriptum est inter alia τῇ ὑπὲρ τῆς καθεδρικῆς διδοθεῖ προίνε,  
quid pro Cathedratico dari consentat. Hoc moneo, quoniam Cl. V. Ia-  
nus Langlæus lib. 6. cap. 2. otij semestr. veluti exultabundus summo  
Cuiacio dicam impingit, quod parum considerat scriplerit eadem  
esse Cathedratica, atque enthroniastica. Imò namque non poterat  
consideratiū scribere, si modò Langlæus Cuiacum attendit, non  
enim id agit Cuiac. ad nouel. 6. neque hoc decernit eadem esse En-  
thronistica, & Cathedratica; sed hoc tantum ait, quæ ibi ab Impe-  
ratore Enthronistica, ab Juliano vocari Cathedratica.  
Nec minus verum, quod annoraueram in titulo capitinis tertij no-  
uellæ 123. vocari Καθεδρικὸν, Cathedricum: cum in textus cor-  
pore εὐθρονισμὸν dicatur: Inthronisticum vertunt.  
Sed, ut expressè dixerit Cuiacius, non indocte dixisset, si auctores

habebat Græcos, qui enthroniaſticum à Cathedratico non ſeiuñxerint; neq; nouum eſſet, vt Cathedraticum (de quo infra) nunc vno, nunc alio ſignificatu acciperetur, quod in tot vocibus polyſemis comperimus. Quippe ſi ipsas quoque rimamur nominis cauſas, non abhorret, quin Cathedraticum, atq; Enthroniaſticum pro eodem ha-beantur, quæ à Cathedra, ac throno i poffimis rebus deducuntur. Im-meritam egregio viro notam placuit delere, quem Principem lega-lis ſapientiæ, geniumq; eruditii iuris nonnullis carpere lubido eſt, vt magni nominis aduersarium pro instrumento habeant captandi ru-mculi.

Sed nè throno videamur excidiſſe (grauior alioquin lapsus) θρόνος vocata ſedes ea ſublimior antiftitis, ſicuti συνθρόνος cæteræ ſedes. in-feriores, & appofitæ eorum, qui miniftrant, ac deſeruiunt. Συνθρόνος autem dictus, quoniam illic digniores, vna ſedent in ea veluti ſcena, & apparatu ſedilium; vel quia plures ibi ſedes locatæ. Duplex quoque Synthronus: alijs facer in Bema, alijs extra Bema. Sed & ſub-fellia illic, aut ēaθρα in ordinem diſpoſita ad clericorum uſum. Idem Euseb. lib. 10. cap. 4. in ea oratione panegyrica, qua templa-auguſtissimum nouę Romę deſcribit θρόνος Τε τοῖς ἀντιθέτοις τὸν ἐποδίπον τιμων, καὶ προστῆται θρόνοις εἰς ταῦταις τοῖς καθ' ὅλους, &c. Thronisq; altissimis in honores presidentium, ac praeterea ſubfellijs per uniuersum templum ordine diſpoſitis, &c. vt vertit Vallesius: at Allatius καθ' ὅλους, in cōmunem uſum interpretatur; cum tamen Vallesius ſolis clericis metetur, neq; laicos ſediſſe in ecclesiastico coetu, ſaltem dum diuinum officium celebraretur ex Oprati Millevitani lib. 4. doceat. Alia apud eūdem Allatum complura eā epiftola a. n. 7. & deinceps. Idemque norat Thronum, non pro ſella tantum, ſed pro ipſo honore, ac præfectura ſacra accipi, & quidem pro celfiori, & magis digna, nempe Patriarchatus. Sic thronus C. Politanus, Alexandrinus, &c. Huc Hilus ſpectauit ſuo opuſculo τῷ πάντῃ πατριαρχῶν θρόνῳ, de quinque patriarchicis thronis.

Neque id tamen (vti video) ſeruatum perpetuum: ſed tam de Pa-triarchijs, tum de alijs Sacerdotijs uſurpatā vox nunc throni, nunc cathedræ. Cathedram nempe vocantes ab ipſa ſede, quam antifti-tes occupabant, honoris teſſeram, & ſacræ Iurisdiſtionis Symbolum. Eſt enim Cathedra καθ' ὅπα, idem quod ſedes ἐδπα, vel ſella; ſed honestior, ac dignior. Sederq; in ea nescio quid magis auguſtum,

ac sanctum, quoties ad usus speciationem transferuntur et reliquiam minorem, quos regondis populorum animis in via sue legis praefecit Deus. Sidon. Apollinar. lib. 7. epist. 9. Aut alterium, aut litterarum cathedras semper. & lib. 9. epist. 16. de Saturnino loquens, Tolosatum tenet *Cathedram*, hoc est, rexit ecclesiam. V. eruditissimum Sauaronem, qui pleno, ut solens est, vehatur alioe ad eum auctorem eruditione irrigandum. Adi & p. 428, nec immerito reprehendit magnum Scaligerum, qui ad Aufonij 1. 12. cathedralm hanc interpretatur de ludo Rhetoricæ, quam Saturninus docuisset. Constat autem tuis anticitem Tolosatum, non Rhetorem. De Cathedra autem Scholastica infra videbimus. Sulpicius Seuerus dial. 2. n. 1. *Illud non prescribo, quod in secretario sedens nunquam Cathedra usus est.* de D. Martino. Paulopost. *Sedebat autem Martinus in sellula rusticana, quam nos Rustici Galli tripetas, vos Scholastici, aut certè, tu qui de Gracia venis, tripodes nuncupatis.* Respuebat Martinus cathedralm; sellam scilicet honestiorem, quoniam in eius causa de apostolica sedebat humilitas. August. ut sup. *Nec absida gradata, nec Cathedra velata.* Quamobrem ab hac Cathedra Ecclesiæ Cathedrales, & Cathedrales episcopi. Neque aliud *Cathedralicum* (non absimile veseribus, quod *as Carltonum* Festo vocatur) genus illud annuat pensionis, quod clerici suo Pontifici erogant intuitu Cathedræ, alio nomine *Synodaticum*; aut quories sacri regiminis causa ab eodem Episcopo diaconiis inuisitur.. V. cap. conquerente de offic. ord. cap. placuit 10. q. 3. & cap. ecclesijs de Censibus. Concilium Bacarense II. cap. 2. & Tolitanum VII. cap. 4. Julian. in d. nov. 6. καθηδρικὸν appellat, quod aliter Enthroniaisticum. Sed verò unum alteri dispar est, quoniam Enthroniaisticum præbetur ab episcopo ob inaugurationem, & suscepit sedis, aut throni dignitatem alijs episcopis: Cathedralicum autem soluunt suo Antistiti ceteri Sacerdotes, aut clerici. Installationem barbari vocantur hunc actum tradendæ potestatis, aut sedis; est enim installare in alterum locum augurare, sufficere, substituere: vel stationem, aut locum, sedemque assignare: pecuniam autem, aut vestigal pro hac Installatione id ipsum Cathedralicum.

Quo circa initii Pontificatus diem cathedralē appellantes cum veneratione coluerunt; anniversarium recursum, solenniter celebrantes. *Natalis Cathedra* dictus ille dies; sic natalis B. Basilij. B. Ioan. Chrysostomi, &c. apud Orientales, ut in eorum menologijs legitur. Nec

minus in Occidente lucem eam cum gaudio, ac pietate reuisunt, qua primūtate Cathedram Romani culminis Petrus Sacerdotum Princeps, venerandi caput Senatus, Apostolici Magister Collegij suscepit. De eiusdem Petri Antiochena Cathedra scripsit August. serm. 2. de ea. Recte igitur ecclesia natalem sedis illius colunt, quam Apostolus pro ecclesiis salutem suscepit, & mox, quod natalis ergo Cathedrae hodie colitur, sacerdotale honoratur officium. V. Roam. de die nat. sacro, & profano cap. 23. & Baronium ad ann. Chr. 45. apud quem plura de cathedra Petri tanquam vna, ac Principe christiani orbis. Ea primum Romæ visa, atq; erecta A. D. 15. Kal. Febr. Claudio III. & Vitellio Coss. Iuppitante Baronto. Ennodius IIII. Synodo Romana. Sellam Apostolicæ confessionis vocavit, sed gestatoriam facit. Nunc ad gestatoriam Sellam Apostolicae confessionis, vel admissunt limina candidatos.

Omnino autem præcipua cum reverentia, cultuq; seruatur ad hunc diem in Vaticana Basilica. Lignea est, & admodum rudi opificio, cuius tibi iconem profero; ne tuo studio, aut pietati desin.

Deesse mihi, publicoque christianæ gratulationis officio, nisi eandem sedes maiestatis specie hodie resplendentem, nobilis ferculo impositam, atque eminenti loco statutam commemorarem. Macte hac egregij operis cura Pater Sanctissime, qui beatissimam Sedem, an Ecclesiae Romanæ nascentis cunas, vbi Pontificum Princeps traditam sibi diuinitus ligandi, soluendiq; potestate in arce imperij, atq; orbis primum exercuit, ad cultus æternitatem, ac celestium beneficiorum pignus tam auguste, tam munifice instauras.

Quod enormes vicos Vrbis, & scabros viarum anfractus, aut deseris, aut direxeris, ut in hanc pulcherrimam, admirandamq; faciem reformatas, quasi renovata Augsti, gloria aliam acceperis, aliam reddideris Romæ; quis equidem non lauder, nisi publici splendoris, ac magnificientiæ sit hostis? Quod diuorum Petri, ac Pauli amplissimo foro haud impares porticus ingentium columnarum fulturis multiplici ordine circumdederis, eximium, atq; insigne opus fecisti, ac nulli veteris Romæ secundum. Sed consummas gloriam, & absoluas pietatis coronas officium; quod eam sedem, eam ipsam, quam Pastor coelestissimus pressit corpore, auctoritate implevit, ac consecravit, à longo situ iam vindicas; cultamq; & communitatæ decetissima statione ad perpetuam venerationis securitatem reponis.

Iu-

Jubes post hac ne oscula, ac manus dæm nosa pierate contingant: sed corda, atq; oculi cantum sint religiosi, solusq; reverentie horror concreter. Aerea latinæ Ecclesiae Doctorum quadriga tam sacrum pondus meritò in Coelum prouehit; sed tu ille auctor ALEXANDER VII. tuaq; mens, tuumq; consilium auriga exiuit. Sic geruli illi Patres, vbi hac Sede Petri quā diuinissimè sis defunctus; Te quoq; suffollant beati itineris comites; ac semper pieternæ iuctitudinis focium habeant in Coelis, quos tu ad ratus pignoris incliviti pondus, ac tutelam in terris conjugasti. Restitutor tribus Cathedrae, sanctisq; consiliis numisma ex auro, tibi exhibeo splendidissime, & scitissime cibum. Quod tum reverenter, tum fideliter præsto, quoniam vbi hæc scriperam, in ipsa editionis mora aureum eiusce typi numisma iussit ad me mitti Sanctiss. D. N. cuius nihil non est aureum y mens, lingua, manus. Testatum cupio deuinctissimi cordis mei cultum ob insigne cimelium. Summiq; & Adprandi Donatoris Manifestem, ut quod Virgo illa sub Caproliniis armillis, ergo sub Varlicani obuiuscer auti ponderosa nimium grata procumbere iam cogar lætus, & venerationis plenus. Vide sub num. 40.

Principis Apostolorum Sedi, quam ita piè instauratam, & magnificè cultam veneramus, merito sociamus alterans D. Iacobi Hierosolymitanam, de qua scribit Euseb. hist. eccl. cap. 32. quod sua adhuc serate custodiretur τὸν εἰλέτον τὸν εὐεργέτην ποντιακού μένον ἀπόστολον διαδίχηται θρόνον. De Ermone episcopo loquens, Apostolicam Cathedram, que illuc (Hierosolymis) etiamnum sernatur, obtinuit, vt veritatem doctissimus Henricus Valesius, iterumq; mentio cap. 19. eiusdem lib. 7. Alexandrina pariter D. Marci Cathedra honorem, cultumq; promeruit diligenter seruara: de qua in actis Miss. S. Marci ita proditum est. Adebat etiam huius rei testis, quia usq; in hodiernis diebus, ad confirmandam busus veritatis assertionem in eadem Ecclesia perseverat ex ebore, utiq; antiquo Cathedra politis compacta tabulis, in qua quidem stetisse illum dum evangelicas paginas exararet, præstantium non remansit memoria relatorum. In cuius nimirum Cathedra sedili nullus est ahusus unquam Pontificum deinceps residere, sed in magna reverentione habemus à cunctis existat. Pontificibus humiliter honorata. Non pepercit hæc exscribere, quoniam adhuc in pluribus latencia protulit in suis notis pag. 16. Item Valesius emundissimi vir iudicij, ac singularis diligentiaz. Liberensis autem feci, non ob rei, qua de agimus, notitiam, atq; examen dumtaxat:

tracat : sed quoniam hæc Eusebij politissima editio tam rara est nobis in Italia, quam rari pretij, ac doctrinæ est editor. Nec sicut inter rarissimos mihi numerandus, qui librum vtendum permisit Cl. & amiciss. D. Car. Datus nostræ flos illibatus vrbis, suadæq; Etruscæ modulla, quam omni literarum paratu quotidie auget, atq; illustrat. Parum enim mereri putat, qui per se tam egregie meretur, nisi ad bene merendum de Repub. literaria alios quoque omni ope, & consilio adiuuet. Nichil ut minus suum habeat, quam quod in usum, & gloriæ eruditioñis impendi possit; penè ipsum se sibi subrahens, medium temporis, aut opere parcus. Iterum verò idem Valesius in addendis p. 130. ex actis pariter S. Petri Alexandrini, quod hic antiquis aulus fuit *nunquam in ea sedere, sed in scabotto, quod ad pedes eius erat.* Cathedram D. Marci subaudiens, & ad eam accessus.

Prorsus quibus sum oμόχημος eidem Valesio locum Tertulliani cap. 36. de præscript. hæret. egregie explicanti aduersus Rigantium, Non enim de Cathedris loquitur Afer ille docttor, tanquam de ecclesijs, sed de sedibus, quas corpore occupamus, quas premissus, quas tangimus. Aliter namq; in meram ταυτολογίαν impingeret.

Hæc autem nobis suppeditata à Valesio è bibliothecis testimonia, non est quod adoramenti penitus experia relinquamus. Principio tolligimus materiam Cathedræ eburneam politis compactæ tabulis, scabellum quoq; aut suppedaneum illi applicitum, cui vni prævernatione insidebat Petrus Alexandriaus, de scabello supra diximus. Sedile autem Cathedræ, nec ille, nec ullus successorum tangere auffit fuit. Sedile, hoc est partem, aut aream illam, cui proprie incumbunt seffores, & quæ vna facit, vt sedeamus, si cæteræ omnes defierent. Demum animaduertimus eam D. Marci Cathedram creditam fuisse, in qua lucubratabat Euangelicis actis texendis. Ex quo dubitare conringebat eadem fuerit, an non cum Patriarchali Forte igitur eandem sedem primitam adhibebat, quam in templo subinde reponeret ad munia Pontifícia usurpanda. Nisi malimus opinari (quod veritati non est absonum) intra Ecclesiam ipsam diuino Numine veluti magis inspirante, ac præsente sacratissimæ historie, aut plurimum, vanuerunt opus confectisse. Indissimile quid obseruare est de Cathedra D. Martini, de qua sup. apud Sulpiç. quasi in virutinq; usum, vam atomi, quam in Ecclesia adhibuissent. Repostiles namq; fuisse has Cathedras eredese licet, vt vbi res exigeret, illic statuerentur.

Ho-

Hodie intta absidem suo tribunali, ac ~~tempore~~ fixæ cohærent plerique. Sed & postea, aut exemplares pro ecclesiæ oportunitate, ac consuetudine; ut qua opus fuerit, illic se sistat episcopus. Atq; in his, quas voco repositiles, vſitatione a forma, ut solidis tabulis undequaq; compingantur ad firmitatem, reclinatorio longè supra caput sedentis in arcum, seu curuamen producto; septis ad latera non aperiatis, sed continuo tabulato; nisi qua paululum recuruantur, tum ad ornatum, ac symmetriam, cum ad commodiorem cubitorum innixum. Haec autem Cathedrae in solio collocauntur vestibus operatae, soliumque ipsum pariter instratum: scansilia, gradusque, tapetibus, culmen, umbellis exornatur. Sed haec vide exquisitius apud sacros designatores, rituumque Protomystas; nos pedem hic non figimus, utque canis ad Nilum fugiendo bibimus.

## CAPUT XX.

**Cathedrae velatae.** Sedes linteata, trabeata. Pro altarium gradibus posita: atq; illinc ad populum sermo. Ambo, pulpitum. Analogium. Lampium. Faldistorium: unde illi nomen. Sedes stercoraria: ex aetate, atq; ascensore de ea expositum. Knauatum, nomina, ut vulgo creditum. Perperam confusa cum Pontificis, sine inangustiis quondam. Basilica Lateranensis. Eminentiss. Card. Caesar Raffponius cum predicatione nominatus. Ioanna Papasse, fabula. Icones carum sedium prelatorum.

**C**aeterum quod antiqua Ecclesiæ has Cathedras velatas reprimus, ea fuerintne instragula, ac uestes, qualibet sedes, aut thronos hodie operiri videntur, nuperque dicebamus: an potius vela insuper addita, & obducta instratis iam Cathedris dubitate licet; atque hoc postremum puto verius. Augustin. d. epist. 233. **Cathedra velata.** Eccl. Atqui linteata sedes episcoporum ex veteris instituti mysterio.. Pacianus de Novatiano: Quem consecrante nullo linceata sedes accepit. Roseus Diacon. in vita Cypriani. Sedile autem eras fortius linteo rectum, ut en sub istis Passionis episcopatus honore frueretur, Eccl. Haec duo loca profert Barth. aduersar. 42. 27. ante illum indicavit Cresol. rhet. Rhet. 3. 13. Baron. ad ann. Christi 45. Putarem addi posse locum Hermæ in ea Cathedra, aut Subsellio, quod de-

describitib; i. c. 2. Pastor. Erat crucis linctum; & super linctam ext  
pansum carbassum; nona expeditionem, & velamentum Sidon. 8. 8i  
gestatoria traheras, &c. & illi circa d. p. m. ad. v. ad. v. ad. v. ad.  
Arqui nonnullae erasunt hodie veteram sedes visuntur ueste,  
veloq; superinecto, nonaather expanso. Tu oculis arbitrare lector,  
atq; iudicium facito, nūquid ad rem nostram, quæ protulimus exem-  
pla, atq; icones cap. 3: Addo binas Romæ: alteram apud Matthæos  
ad D. Catherinæ, alteram in Museo Leonardi Augustini. V. n. 41. 42.  
Nostris fane moribus regnauerunt sedes in solio posse, præter tot  
alia infragula, sericeis regumenis plerumq; obducuntur; posso ad  
maiestatis nostriquam opinionem, & characterem. Ut non tantum  
à volanti puluculo, sed à vulgi oculis intractæ, dum Prætens adue-  
niat, vltimo eo velamine, ac si sacrum quid, recondantur. Iterumq;  
iterumq; ea Diui Augustini mihi versantur in labris grauissimè dicta:  
Transit hora huius seculi: transit ambo: in futuro Christi iudicio, nec  
absidè gradate, nec Cathedra velata adhibebuntur ad defensionem. In-  
eum autem potissimum vnum antistitium sedes, preferrim repofit  
les, ut diuini vtri ad populum tradiderentur in ecclesijs oracula, sa-  
cerorumq; lectioham mysterij ex ore episcopi imbuuerentur christia-  
ni. Sidon. Apollin. lib. 7. 9: qui aut lectorum, aut altarium cathedras  
renovere. Pro gradibus namq; altaris à sedente episcopo habiti olim  
fermores. Quonobrem, vtpeculate, aut inusitatum proditur à So-  
crate de Io. Chrysostomo, quod in ambonem ad diuina eloqua san-  
denda concenderit. V. Sirmondum ad Sidon. p. 151. est autem  
Ambo, idem ac pulpitum. V. Meursium in Aulæ, ab ambiendo de-  
ductum, quod intrante ambiat, aut quod ab ambabus partibus con-  
stendatur: & quidem veteram pulpitorum, ita deformata adhuc  
hodie vilemias fabricari. Sed vero rē αὐλαῖα, hoc est ab ascen-  
dendo matult Spelmann. in glossar. vnde αὐλαῖα, Ambones mon-  
tiuum ascensus; αὐλαῖα, & αὐλαῖα, pars, sive locus eminentior. Vide  
alia testimonia de Ambone productentem. Pulpitum vocamus hodie,  
sed parieti infixum, ac prominent, sive in aula, vel rāo Ecclesie.  
Isidor. 15. 4. Pulpitum, tribunal, analogium; inter sacra ponit edificia.  
Analogium, inquit, dictum quod fermō inde predicitur. Hic ipse Ambo  
est, qui & Lampīum glossa Isidor. Lampīum, Pulpitum, Analogium.  
Sed Analogium potius est ille pluteus, cui libri imponuntur. V. Spel-  
mann. in Analogio, nobis Seggi. Aut si pro saggestu interpretari  
mali-

malimus, cum credideris suggestum qui in Choro , aut Presbyterio assurgit, vnde scripturarum lectio habetur propè altare, seu mentam maiorem : indeq; Analogium , ab eo legendi actu V. Barth. ad ver. 8. 2. Sed tum ex his locis , tum è sede in tribunali posita , vetus olim cura sanctissimorum antistitum , quæ paulatim decreuit , populum adloquendi . D. Cypriano 2. ep. 5. *Pulpitum*, quod 4. ep. 5. *Tribunal*. Prudent. hymno D. Hippolyti.

— — — — — *sublime tribunal*  
*Scanditur, antisiles predicas unde Deum.*

Neq; hic omittendum ( quod vocant ) *Faldistorium*, genus sellæ humilioris, & plicatilis sine reclinatorio, aut suppedaneo, facile portabilis , atq; expedita : sine cultu , aut ornamento , nisi quatenus operimento tegitur , ac pendenti circum stromate amicitur . Verùm eo die nudari solet omnium dierum maximè deflendo , maximè salutari, cùm ecclesia delecta, o nni posito gaudio , omni assumpto mærore a Dominicæ cædis memoriam feria sexta in paræcœu reducit . Ceteras huiulce ledis leges , quòd loci , aut temporis , coram quibus usurpanda sit, docent libri rituales . Hanc paruo , aut nullo discrimine ab antiqua Curuli abire diximus cap. undecimo ; sed *Faldistorium* dixerunt vocabulo parum humano; est enim *Faldum* vox saxonica , septum , aut claustrum significans . Inde sedes , aut thronus episcopi , quòd cancellis , aut lepimentis muniretur, irà vocata . V. Spelmann. glossar. arq; ex eo Gerard. *Voss* de virtijs serm in *Falda* , & addend: Corruptè pro *Faldistorio*, hoc est loquendi loco , aut statione , *Faldistorium* appellatum cœlituit Paris Grassius , quem laudat Dominicus Magnus Oratorij Sacerdos in sua noritia rituum , ac vocum ecclesiast. Libentius aurem dexteram porrigo Spelmano , ac Vossio , quorum incomparabilis doctrina est , arq; experientissima in his tractandis solertia . *Stallum* etiam sedem episcopalem dixerunt corrupti à suo sermonis , à stando , aut quiescendo ( εὐοὶς δοκεῖ ) sed propriè tota ea pars , aut scena , vbi thronus cum subsellis erigitur intra absidem episcopo .

Non est tandem , quòd neglectui habeam eam sedem inter sacras , ac dignissimas ; quæ alioquin vel nomine ipso contemptum , impiorumque mendacijs infamiam sibi contraheret . Sed quoniam nec mysterio sanctitaris vacat , arq; iam calumnias deridet , summoq; olim inauguando Pontifici deferuiebat , indicare nil vereor . *Stercorarium*

M

dix-

dixere, in qua collocabatur ille, cùm primùm soleani consecratione ad gubernacula Ecclesiastici gregis admoueretur. Ut hominem igitur se esse recordaretur, nec in altissimo illo dignitatis omnium maximæ fastigio infoleceret, superbumq; spiraret, infusurabant Pontifici, cùm ab ea lede confusgeret, illud è sacrís literis *suscitat de puluere egenum*, & de Stercore erigit pauperem, ut sedeat cum Principibus, & solium gloria teneat. Cærem. Rom. lib. 1. sect. 2. cap. 3. Cardinalis Stephanescus de eadem.

— — — *& sedes capiens de stercore nomen*

*In platea est circa templum respecta parumper.*

Decebat, ne Vir multijugæ doctrinæ Matthias Martinus præteriret hanc nominis originem; ritumq., & rationem huius cathechesos in Summo Pontifice inaugurando. Alioquin in eas lordes, ac putidates minimè prolapsus toret, quas in insigni suo philologico operi legere est; neq. aniles fabulas, ac deliria impiorum iam diu proflata refricuisset, quæ vix puer dentienti sunt digna. Cùm verecundia, ac modestia velamine videtur ille loqui, sed dum ignorare se simulat, quæ ignorasse dedecuit, ac libenter promit (etsi dubius, ac de aliorum magis sententia, quam sua) rumores, ac mendacia de Ioanna Papissa, aliasq. ibi ineptias non inuitus colligit, suam interim scalpit pruriginem, concepramq. prodit in Romanum Pontificem irreuerentiam.

Quod autem Cardinalis ille Stephanescus in foro Lateranensi eam sedem locat, sua respicit tempora, hoc est Bonifacij VIII. cuius inaugurationem describit. Hodie visitur non vnica, sed due in peristylio, sive claustro, ut vocant, eiusdem Basilicæ: vtraq. perforata è marmore leucosticto, sive Porphyrite. Cæterum reperio neutrām ipsarum verè fuisse eam, quam Stercorariam dixere; sed aliam solidam è marmore candido nulla sedilis apertura. Atq. hæc Stercoraria fuit appellata, quoniam sedenti Pontifici mox Cardinalium manib[us] sublatu carmen illud sacrum occinebatur, *suscitat*, &c. vt ex veruissimo cærimoniali M. S. discimus, in quo vnius tantum sedis fit mentio, cui nomen Stercorariæ; non duarum, quomodo à multis creditum, & traditum fuit: aduertitq. Fioravantes Martinellus in *Rome ricercata*, vbi de Basilica Lateranensi. Ritualē hunc morem, ac sediū historiam refert etiam Eminentiss. Card. Cæsar Rasponius, quem honoris, & obsequij ergo sacro nuper ostro insignitum libenter.

tiis nomine, officiosius veneror; Romana suspicit Ecclesia suum antiquis hisce literis, ac magis multò rebus gestis exornatorem: lib. 2. cap. 12. de Basilica, & Patriarchio Lateranensi. Addatur Dominicus Magrius *Nella nosizia de' vocaboli, e riti Ecclesiastici*; sed multum confer distinguere has sedes. Quæ enim duæ visuntur porphyreticæ, perperam vocantur Stercorariae, neq; persedenti in illis Pontifici ius-  
fusurabant *suscitas de puluere, &c.* ut in alia, quæ verè Stercorariae appellabatur. At in his duabus perforatis accipiebat claves, & feru-  
lam, spargebatq; quandam pecuniam. Ritum videbis in Cæremo-  
niali M. S. atq; etiam in alio edito lib. 1. sect. 2. cap. 3. Idem Raspn.  
sup. Atq; hoc pacto abundè satis diffidatur illud ægræ calumniæ tom-  
nium de Ioanna Papissa, & Pontificis attrectatione; quoniam vera  
sedes Stercoraria nullum habuit foramen, sicuti & alterum ruit puti-  
dum commentum de admonitione, quæ le Pontifex hominem esse  
meminerit humanis necessitatibus subiectum, dum sellæ quasi fami-  
iliaricæ incumberet. Duæ itaq; sunt sellæ Porphyreticæ, quæ adhuc  
perdurant, exq; perforatæ. At vna fuit præter istas Stercoraria, nec  
pertusa è marmore candido: Quod & Andreas Fulvius scripsit lib. 2.  
cap. de Cœlio monte, quem Martinellus laudat iustam impingens di-  
cam Hieronymo Francinio Fulvium Italicè parum ex fide vertenti.  
At de his tribus sedibus omnino videndus Card. Bellarminus consum-  
matissima Vir Sapientia in suo opere de Pontifice Romano lib. 3. cap.  
24. vbi fabulam abundè explodit de Ioanna Papissa: quod ipsum  
egregiè præstat Reuerendiss. Allat. in Confutatione eiusdem Ioanne.  
Post reliquos omnes Vir solidæ doctrinæ, atq; incomparabilis diligen-  
tia Philippus Labbe S. I. in Cenotaphio Ioannæ Papissæ everso.

Si perquiramus quandonam desierit mos ille inaugundi Sum-  
mum Pontificem trino illo sedium ritu, affine vero est credere, cum  
primum in Galliam secessit Romani culminis statio: quoniam neq;  
illuc sedes aderat peculiaris, nec stata supellex ceremoniarum; ac  
postquam ad limina sua redierunt Pontifices, iam diu ea religione se  
soluerant non utendo per annos amplius LXX. Cencij Camerarij  
ætate perdurasse morem refert Baron. ad ann. 1191. Stephanus  
autem Cardinalis in Bonifacij VIII. consecratione vocat eam sedem  
despectam.

*In placea est circa templum despecta parumper.*  
Quasi suo tempore exoleuerit etiam ritus. A Bonifacij autem obitu

ad Clementem V. cum quo Auenionem migravit Ecclesia, duo tantum intercurrunt anni.

Exhibeo autem perforatarum sedium imaginem, quam ante vulgavit Martinellus; ad me Romam misit nobilissimus Octavius Falconerius; sicuti & aliam non pertulam in eodem Lateranensis Patriarchij cauadio ieruatam: atq; hæc verius poruit esse stercoraria. V. num. 43. & 44. Cœterum cum tres istæ sedes omnes sint antiqui operis, & eleganter sculptæ, in usum conuersæ fuerunt ceremonialem inaugrandi Ponificis rudibus ijs seculis. At perforatae omnino balneares erant, ut infra dicemus, sensuq; doctissimus Pighius in Hercule Prodigio. Eo namq; sed. lis cauo dabatur infusa aquæ effugium, sicuti & in ipso suppedaneo, vel scabello alia cauitas appareret veluti excipulum aquæ transmissæ. Præter Martinellum vulgavit eam sedem pertulam Io. Rhodius ad Scribonij Largi cap. 193. pag. 281. Cuius similem Veronæ vilam affirmat. Sentit ille quoq; balnearum usibus destinaram ad humanas necessitates, aut vaporis excipiendi causa, potius, quam laundi. Sed de hoc nonnihil infra cap. 25.

## C A P V T X X I .

Subsellia. συβέλλια. Panche, e Banche: non à Greco d' βάκος, sed à Latino Planca. σαρίδια. Scamna. Scabella, Scabelli. βόθραι. Anabathra. Scholiastes Inuenialis emendatus. Sedilia: plerumq; fixa. Reslongi Subsellij. Longa cathedra. Scamna longa. Scamna magna. Summa, imam subsellia.

**Q**VANDO haec tenus sublimia dignitatum culmina insedimus, sellarumq; honestiorum gradus metati fuimus, siue Imperio validi, siue sacris eximij, siue doctrina regnantes tenuerint; vt rerum omnium vestigio est, de alto nunc escendamus, & paulatim ad humiliora dimittamus. A solijs, ac Tribunalibus ad inferiora sessitabula: à Curulibus, & Cathedris ad scamna, ac subsellia.

Cum Varrone exordiamur, cuius illa sunt 4. de l. l. ut subspere, quod non planè sapit: sic quod non planè erat sella, subsellium dictum. Facilis, & obvia nominis scaturigo. Quo pacto sublustris, subniger, &c. qui non planè clarus, ac niger, nebras, & extenuatioe rū sub;

in

in subsellio exponit Romanorum doctissimus. Sicuti verò sella pro sedda, ita subsellium, quasi subseddium, ut explicat Fabius Quintilianus 1.7. Isidorus 20. 11. Quod autem Varro ait non plane erat sella: spectare videtur formam, aut magnitudinem, vel structuram; cuius ratione infra sellam erat, ab eaq. vineebatur. Sed ego locum quoq; ipsum respicerem, vbi sedes, præsertim Curules, atq; honestiores, in Tribunalis, vel suggestu, aut gradibus: cùm subsellia inferius poneantur. Quòd igitur sub sellis, vel infra sellas locarentur, id sibi nomen fecisse subsellia haud inficerè quis dixerit. Hinc ledem vulgarem appellare voluisse videtur Tacit. 4. ann. 8. *Consules sede vulgari per speciem magistria sedentes honoris, locisq; admonuit.* Sic Græcis ὑπόστηλαι inferior sedes, aut confessus, quasi infra digniorem sedem, aut cathedram; & καθεδρά θρόνων, ut loquitur Nazianzen. epist. 3. Inferiori τοιο στρέλλαι, omnino à Latinis desumptum corrupere, ut pleraq. alia. V. Meurs. glossar.

Nobis sunt *Panche*, aut *Banche*; nonnullis placet à Græco αἴβαξ, & gignendi casu αἴβαξος, *Banco*, *Banche*, &c. sed putauerim non esse recedendum à Romana dictione. Ita n. *Planca*, hoc est assumenta, & tabulara à planicie dictæ. Fest. *Planca tabula plana: ob quam causam planci appellantur*, qui supra modum pedibus plani sunt. Plin. 8. 43 de asinis loquens. *Nec pontes transseunt per raritatem plancarum* (ita vetus codex) *translucentibus fluyis*. Scaliger. ad Fest. prius palancas à Phalanges Græco, dein plancas appellatas monet: at Festus à planicie deducit: quod planius existimo. Neq. alter Dionis, atq. alijs σκάνδις, hoc est tabula, & asseres pro subsellijs. Hæc eadem & *scamna* vocata, vel quia alta forent, scansione ut opus esset; vel quia (quod malim) per ea scanderemus in lecto, aut sellas, locaq. editiora. Varro. 4. l. l. quia simplici scansione scandebant in lectum non altum, *scabellum: in altiorum, scamnum; duplicita scansio Gradus* dicitur. Varroni igitur *Scabellum* erit *scamnum* humilius, per diminutionem *scamni* conflata voce: *Scamnum* verò altius, & altioribus admotum. Hoc sensu puto accepit Voss. in etymol. *scamna* idem esse scribens, ac subsellia, eaq. alta, atq. edira, ut scandere opus esset. Isidor. lib. 20. cap. 11. *Scamna sunt, que altioribus lectis apponuntur dicta scandendo, hinc & scabelli, qui lectis variis, vel sellis ad ascensam apponuntur.* Hæc Hispalensis antistes cum Varrone faciens, ex quibus colligere est *scamna*, aut *scabella* eò potius dicta, quod illinc in lectum,

Etum , aut sellam scandamus , quām vt ipsa sint scandionis terminus ; præq. altitudine scandi oporteat ; nam & lessioni inferuiunt , vt iam ante oculos est .

Ab hoc scandendi actu βάθρα Græcis , & διάβαθρα , quo verbo posteriori vsus Iuuenalis sat. 17. vers. 46.

*Nemo dabit Regum quanti subsellia constat ,*

*Et que conducto pendent anabathra tigillo .*

Vbi scholia stes *subsellia* , gradus superiores *scansiles* ; à Græco tractum id est *subsellia* , super que altius sedeatur : post verbum *scansiles* infero vocem *Anabathra* , quæ sui furtum fecit : vt ea sit mens Interpretis *subsellia* exponere gradus superiores *scansiles* ; mox de Anaba hri. loqui , quod verbum à Græco tractum inquit , nempe πάπα τὸν αναβάτην . Quomodo enim si de subsellis loqui pergeret , à Græco id tractum garrire ? Ergo *subsellia* Scholia stes sunt *gradus superiores scansiles* : quòd si adhuc altius sedeatur , conductis tigillis ad extruendos pegmatum gradus , ea dixerunt *Anabathra* ; nōbis Palchi , aut Scalinate , qualia affigi solent parietibus , ac suspensi subditis fulcris sensim acclina , ne alter alterius luminibus in spectando officiat . Ità Scholasten restituo , ac declaro : sed poterant quoq. *subsellia* in *Anabathris* locari : atq. is fortasse extixit sensus Poetæ duobus versiculis muruam sibi lucem commodantibus ; sed vide illos mirificè enodantem Lipsium cent. 2. ad Belgas epist. 48. Voss. de imit. cap. 7. & in addend. Omnimodo hoc facit Sueton. in Claudio cap. 41. Cum initio recitationis pluribus *subsellis* obesitate cuiusdam defractis risus exortus esset , &c. Si plura *subsellia* bos iste Hungaricus sua ruina , vnoq. tempore diffregit , alia super alia fuisse constituta per gradus quoddam , consequens est opinari .

Scamna igitur , & seabella idem nonnunquam , ac *subsellia* ; de scabellis postea . Glossæ Cyrilli iποπόδιον , scabellum , subsellum . Sed Glossographus hic , si quid conijcio , subsellum videtur accipere , quod sub sellam , aut ad pedes illius ponitur ; egregius locus in l. 2. lib. 3. Cod. Theodos. de contrah. Empt. Constantini verbis : *Vt etiam si subsellia , vel , ut vulgo aiunt , scamna vendantur , &c.* quasi equidem ore vulgi , & minus aptè , ac literatè ipso Constantini æuo scamni nomine *subsellia* indigitaruerint : aliter ac olim I. C. in l. 3. de supell. leg. distinguens : *subsellia , scamna , lecti , &c.* Aliud igitur *subsellia* , aliud *scamna* , quæ pro humikoribus sediculis , ac suppedaneis accipio .

Pau-

Paulus autem 3. sent. 4. *Psalmi, subsellia, cathedra, mensa, &c. instru-*  
*menta domus enumerans.* Evidem subsellia puto fuisse oblonga,  
& angusta, ac plurimum proinde capacia cum reclinatorijs fermè ad  
innixum dorsi. At scamna fortè magis rudia, sine illis ad tergum ful-  
cris, quæ in gradibus theatrorum, & Anabathris commodius locari  
poterant. Sicuri è ligno propriè fuisse autem subsellia, ac mobi-  
lia; et si quandoq. fixa non negarim, ut hodiè fit. Cæterum lapidea,  
aut marmorea libentiū sedilia dixerim; sive ex opere structili fue-  
rint, quæ nobis muriccioli. Plin. 5. epist. 6. elegantiss. suam in Tuscij  
villam describens: *Sunt locis pluribus disposita sedilia è marmore.* Sub-  
selliorum formam plane publicat Celsus Latinorum Hippocrates  
lib. 7. vbi in quadam curatione ægrorum iubet resupinum iacere in  
subsellio, aut lecto: *Resupinus eo modo, quo in curatione ani figuratur:*  
*super subsellium, aut lectum collocandus est.* Vides hic usum iacendi,  
tam in subsellio, quam in lecto. Fortè allusit Cic. 3. epist. 9. cum  
rem vocavit *longi subsellij*, multorum scilicet iudicio, aut verius longa  
consultatione dignum. Neq. aliter exponerem longam cathedram  
apud Iuuen. sat. 9. vers. 52.

— & strata positus, longaq; cathedra.

Vbi Scholiaſt. *cernicibus positis scannum dicit.* Plurimum capax  
facit subsellium Hermas à nobis sup. laudatus 1. 3. *Cumq; veilem-*  
*sedere ad dextram partem, non est passa, sed annuebat mihi manu, ut ad*  
*sinistram partem federem, &c.* loquitur de subsellio. Sidon. 1. epist. 7.  
*in uno subsellij capite consedit.* Colligo minori etiam forma fuisse  
quædam subsellia, prorius ut ea, quæ nos hodiè vocamus *sgabelli*,  
*vnius tantum capacia ex Cic. sup. atq. Iuuenali, atq. omnino ad-*  
*struit Sueton. in Claudio 23. Medio inter Consulam Sellas Tribu-*  
*nario subsellio sedisse.* Si longum fuisse subsellium, fusq; sessiōnis  
(*qualis è nostris, quæ vocatur Panca*) incommodè potuisset statui in-  
ter Consulam sellas, præsertim in tribunali. Scannorum itidem  
longitudinem, pluresq; recipiendi usum seffores, idem Scholiaſt. su-  
pra innuit. Ouid. 6. Fast.

*Ante focos olim scannis considere longis.*

Cato quoq; de re rustica cap. 10. villicorum magister inter cætera  
viciſſilia, quibus paupertinam coloni domum iubet instrui: *Scanno-*  
*miga erit, scannum in cubiculo unum.* &c. Scannum hoc cubicu-  
lare tanquam exilius interpretor, ut illa spagna ad quoscumq; sus-  
sub

sub dio, in porticu, ad mensam, ad somnum, ad rustica, aut fabrilia opera.

De M. Curio gloriose paupertatis viro Val. Max. 4. 3. *sc in scamno assidentem foco, &c. in viliori supellestile, aut in opum, aut rusticorum* appareat fuisse hæc scamna deposita. Subsellio quatuor pedes tribuit Hermas in Pastore lib. 1. cap. 3. *Et quia super subsellium videt sedem, fortis positio est: quoniam quatuor pedes habet subsellium, & fortiter stat. A quatuor Iuuenibus tanquam magnæ molis sarcina deinde amouetur in ea narratione, quam vide.*

Atq. hæc subsellia, et si infra sedes honorum sublimes, atq. humiori loco statura, non tamen tuæ dignitatis expertia fuerunt, aut gradu honestatis caruere. Indè toties illa mentio, loquendue forma, *summi, imi subsellij, &c.* si quæ autem fortè illis nota adhæreret, aut humilitatis, aut contemptus, penitus eam detersam existimabimus, vbi proximo capite, quibus ea viris honore spectatissimis statuta fuerunt, examinabimus.

## C A P V T XXII.

*Pratoria subsellia. spatryol. Ordo sedendi ex albi norma, ac prescripto.*  
*Bartholom. Chesijs I. C. acutissimus. Quis intelligendum, ut in subsellis Pratores, atq; in curulis. Maestis rebus rebet a curules, & ad subsellia descensum. Lamprid. enodatus. Habere fasces. Dionis Cassij lonus cum cura expensus. Sedes vulgaris. Aldi Manutij insurum iudicium de tribunali, & sella Pratoris. Tribunitia subiecta illia à subellijs. Quandoq; Princeps Rom. in subsellio. Dio userum examinatus. In marore sedibus abscessum. Subsellia Iudicum, accusatorum, reorum testimoni. Merces pro subsellis. Suetonius aliter, ac vulgo explicatus. Litigantes, & adiutori sine subsellio, sed stantes. Scamna amicabilia. Adsesores Principum, Amici vocati. Sedere iudicium. Subsellia equitum: fori appellari, & spectacula. Subsellia composita in gradibus, non cathedra. Iuuenali noua data lux. Describens character.*

**T**N publicis conuentibus ad solenniora munia, vel subsollijs usos fuisse Romanos Patres, hoc est lumina orbis, & imperij, Principijs auctoritatis, ac consilij publici, satis ostensum superius cap. 12. ex Suetonio, Dionio, Sidonio, alijs. Quod verò magis est, ac nisi

nisi cum admiratione nequeo legere, ipsis Prætoribus (qui maiorum, aut curulum Magistratum splendore fruebantur) assignata quoq; subsellia publicis in conuentibus, templi, fori, theatri, &c. si fides Dioni. Subsellia sœpè apud illum Cæthpa τὰν σπαρηγῶν Prætoria subsellia, ut lib. 56. in morte Augusti de Consulibus loquens, οἱ δὲ ὑπάται τὰν ἐν τοῖς Cæthporι, οἱ μὲν τῷ τὰν σπαρηγῶν, οἱ δὲ τῷ δημάρχων. Consules verò infra, unus in Prætorum, alter in Tribunorum subsellij, & lib. 60. ubi de L. Sylla ob senectutem surdastro, qui cum in suo subsellio quædam audire non posset, ac ideo surrexisset, permissum illi ἵε τῷ τὰν σπαρηγῶν Cæthpor, &c. καθίζεσθαι, ut in Prætorijs subsellij sedereret. Res planè ardua, ac perplexa, quæ animi, atq; iudicij pendentem me reddit, ne dicam ipsum Dionem dubiæ fidei, & auctoritatis. Non audeo autem ignorantiae illum insimulare, tanquam Græci in Romanis ritibus; neq; vocem σπαρηγῶν minus propriè ab eo usurpatam coarguere, quoniam fideliter ea vtitur in suis historijs ad Prætores significandos; quicquid alij Græci parum in illa quādoq; sibi constent. Eo quidem magis, quoniam vii rem compertam, atque exploratam haud semel memorat hæc Prætoria subsellia; neq; ad alios magistratus transferri potest nomen τὰν σπαρηγῶν, quibus subsellia deberentur. Fortasse primus in parietinis Romanæ verustatis hanc vrticam attingere audeo. Sed mihi quoq; teneræ sunt, ac debiles manus, iuvabit aliquando non obiter (quod nunc facio) duriori articulo rem premere, atq; excusare. Interim verò haud absolum existimarem curuli sella prorsus eos fuisse vsos, qui primas tunc agebent, vel qui comitia, aut relationem haberent. Ceterum alij quamlibet maiores Magistratus in subsellijs adessent, hoc est loco infra sellam præsidentium (quo sensu Cæthpa appellat Dio) ordine tamen sedendi pro Magistratus dignitate, aut antiquitate honoris; dignior. vt forer locus, qui propior suggerito, aut tribunali, dextra sinistra anteente. Ac quemadmodum de loco dicendæ sententiae alias in Senatu mos erat, ita in sessione esset factum: adeatur l. i. de albo scribendo. Exactè enim, ac sollicitè custodita semper albi religio: cuius causa tot actionibus, tot pænis confossi temeratores, ne contempta maiestas, & imminutus alioquin publicus honor severo vindice carreat. Præter Cuiacium V. quæ pleniūs, & acutiūs obseruat differentiæ Iur. i. cap. 79. Bartholomæus Chesius, Academiam nostram, iuste que, ac recti arteri non tam scriptis exornans, quam candore animi,

ac libertate iudicij. Dignissima puto fuisse Prætoria subsellia , quoniam is quoq. honor post Consularem summus. Ideoq. ab humanitate laudatus fuit Princeps Tiberius ex ea Dionis narratione lib. 60. quod L. Syllam ad Prætoria subsellia accerfuerit , sibiq. proximum locauerit, ut audire posset , quæ agerentur . Sed omnis vellitur fibra dubitationis, si Prætoria subsellia quis accipiat non pro genere sediu, sed pro ordine sedendi, ac toto illo sessionis apparatu infra sellas Consulum ; ubi tamen sellæ quoq. curules Magistratibus forent positæ . Interea non inuitus odoror hinc ab uno tribunalis latere (crodamus dextero) Prætoria , illinc ab altero Tribunitia subselliæ fuisse posita . Vestigia mihi aperit idem Dio eodem lib. 56. pag. 590. cum relictæ suggestu describit Consules in subsellijs sedentes; quasi hinc, atq. illinc seruata suæ ledis statione ἐν τοῖς βάθροις, οὐ μὲν τῷ τῶν σπαθῶν, οὐ δέ τῷ σκυάρχῳ, in Praetorijs alter , alter in Tribunitejs subsellijs . Cum post mortem s. Augusti omnia ad summi inceroris speciem effent composita , grauissimumq. sibi inflictum vulnus ranti Principis desiderio lugeret Respub. Consules tribunali abstinuerunt, inferiori loco sedentes . Communi autem nomine viri Tacerus hoc ipsum cum Dione factum edifferens ; neq. aut Tribunorum , aut Prætorum subsellia, sed vulgarem sedem appellat . Tiberius , &c. Consules sedem vulgari per speciem maiestatis sedentes, honoris, lociq; admonuit lib. 4. ann. cap. 8. Quasi equidem exceptis Consulibus , quibus curules in tribunali parabantur , vulgari , & indistincto sessionis genere cæteri omnes vterentur, quæ vocat Dio βάθρα , subsellia . Quod si quis apud Lampridium legat in Heliogab. cap. 4 de vxore nequissimi illius Imperatoris : Ad Consulum subsellia scribendo adfuit, non est quod Consules in subsellijs sedisse colligat ; sed quoniam illic infra eorum Tribunal scribæ aderant in subsellijs , quæ Consulum vocabant . Si igitur adfessi Consules, curuli forsitan abstinentes Prætores, Aediles , &c. subsellijs inhærebant . Quid si ijdem Consules abessent , tunc Prætor urbanus , quippe dignior , ac deinceps ordine ille è maioribus Magistratibus, quem penes Maiestatis publicæ staret dignitas, reiq. gerendæ auctoritas, præaltam solus curulem occupabat . V. quæ supra examinauimus . Ac multum referre potest , quo in loco haberetur confessus, in curia, in theatro , &c. an in peculiari dicasterio . Cæterum, Consules quod spectat, tametsi unus tantum haberes fasces singulis vi- cissim mensibus, quod sortiendo, aut inter se comparando siebat; utrique tamen

tamen possem fuisse sellam pro certo est. Superior id evincit Taciti locus, vbi vterq. Consul sedis admonetur; adde Suet. Claudio cap. 23. *Medium inter Consulum sellas, &c.* passim nūnūmī, ac nos supra.

Atq. his præstructis, irreprehendendus foret Dio, qui subsellia Prætoribus tradit, nisi nouo alio commento vindicias dare secundum Dionem placeret. Nimirum in ea narratione de morte, aut funere Augusti, ad moeroris ostentum, die et tæque tanta calamitate Reipub. indicium, Prætores iamdiu ipsi sella curuli abdicauerunt, subsellis insidentes, in quibus etiam ipsi Consules hæserunt ad augendum doloris sentium; atq. hæc vocat *Prætorum subsellia* Dio; *sedem vulgarem* Tacit. Sed quare Tacitus adeò tacitus non id narrat (dum moestiam publicam exaggerat) Prætores quoq. ipsos suis curulibus decessisse? At enim (inquis) sufficiebat Cornelio de Consulibus tantum expoluisse, penes quos erat publici conuentus dignitas; quod si iij-eam doloris scenam exhibebant, de cæteris quæ dubitatio? Ac multò magis quam Consules non curulem modò sedem reliquerant, sed locum, ac tribunal: cum Prætores, aut si qui alij, solam sedem mutassent. Hinc Tiberius eos honoris locis; admonuit: ac si honor ad curulem, locus ad tribunal pertineret. Sed quæ prior in mentem venit, ea sit mihi posterior in hoc iudicio defensio; ac multò magis, quoniam ipse Dio lib. 6o. (vt diximus) meminit itidem subsellij Prætorij; & tamen nihil ibi de publici doloris testatione, & ob id turbato sedendi ordine, ac loco; sed omnia alia ibi afferuntur. Apparet interim moestia, & afflita fortuna relictum solium, & sedes celsior, vt in superiori narratione. Cui congruit quod de Penelope dolore circumuenta Homerus proculit. Odys. A. vers. 716.

————— αὐτὸν ἀρέτην ἔτλι  
δίφρεψ ιρίζεισα, πολλῶν πατὰ δύον τέσσερα  
αλλ' αὐτὸν ἵππον ἴζει πολυκάρπην θαλαττοῦ.

————— τεο; amplius sustinuit  
In sella sedere, & si multi in domo adessent;  
Sed in limine sedis splendidi thalamis.

Niniuitarum rex iræ cælestis, quæ imminebat, audita denunciatione surrexit de solio suo, &c. Et sedis in rivere. Ion. cap. 3. V. sup. cap. 16, de Coriolano:

Neq. ignoro, quod Aldus Manutius lib. 3. epist. 4. quæfitor. per epist. scripsit Magistratus curules omnes vlos semper fuisse sella.

èognominè, non omnes tribunali; Prætoribus tamen & sellam, & tribunal iunctim assignat. A quo viro non equidem discedo, si in suis fontis, atq. iudicijs Prætores statuamus. Cæterum si vbiq. seruata velie hæc insignia in curijs, theatris, alijsq. conuentibus, vbi Princeps, aut Consules præfissent, non ægrè dissensio.

Tribunis porrò suam quoq. in subsellijs mansionem fuisse attributam affirmat Dio in ea ipsa narratione de Consulibus in morte Augusti, quorum alter in subsellijs *rōn spartynōn Pratorum*, dī *rōn dñudpxōn*, alter Tribunorum. Suet. Claud. 23. Inter Consulum sellas tribunis subsellio. Asconius Pedian. in Miloniana, sunt enim, inquit, subsellia Tribunorum, Questorum, Triumvirorum, & huiusmodi minora iudicia exercentium, qui non in sellis curulibus, & tribunalibus considebant, sed in subsellijs. Videatur & in 4. Verr. Tribunos intellige, non militares, aut consulari potestate, sed Plebis, aut Aerarios. Reprehenditur tamen Asconius à Manutio ad locum ibi Ciceronis hunc tamen à subsellijs, &c. quoniam non tantum eorum, qui minora iudicia exercebant, sed in omni iudiciorum genere subselliorum usus; quo sensu generaliter Cicero loquutus fuerat: congerit illuc Manutius testimonia. Haud prætermittam apponere, quod Consultissimus Hotomanus ad Asconiana verba opinatus est, ea forma, qua apud latinos aliquem *A Pedibus, à Manu, à Cyatho, & consimilia dicimus*; ita à Subsellis, qui iudicantibus præsto esset, ibiq. versaretur ad ministerium: quæ ingeniosa opinatio est. Sed mox de iudicarijs subsellijs dicemus, ne tribunitia tam citò linquamus; in quibus non exiguum honoris instar residebat, imò fulgor maiestatis, & gloriæ ornamentum, quando illic Romanus Princeps publice incubare non dignabatur. Amplius testimonium, quod supra ex Suet. Claudio cap. 23. depropompsimus. Adde Dionem lib. 60. *τὸν μὲν γὰρ δόγματος εἰ μέση τὸν ὄρδεν εἴπει δίφυς αρχῆν, τοι τὸν δάθην καθημένος ἐποιέετο. Μεῖον οὐδὲν in sella curuli; & in subsellio sedens referebat.* Xylander legit n̄ *τὸν δάθην*, vel in subsellio, & magis placet. Hoc subsellium vocat Tribunitium Suetonius. Perpetuò si quidem τὸ βάθρον, subsellium veterum, vbi de Tribunis agitur, ut apud eundem scriptorem lib. 37. p. 32. in ea narratione, cum Metellus Consul in carcerem ductus fuerit imperio Flauij Tribuni pl. Senatus reverentia motus erga tantum virum, in ipsum carcerem statuit conuenire, tanquam in templum aliquid, quoniam ibi Metellus detinebatur: secissetq. nisi Flauius

Tr.

## DE HONORE BISELLII.

133

Tr. pl. subselliam ad ingressum carceris collocaisset, impedimento ne, Senatores introirent. οὐδέποτε τὸ δημόσιον vocat Dio, ubi versor *Sellam Tribunitiam*; ego *Subsellum*, malo. At in eo Claudi⁹ more tradendo subdit idem Dio lib. 60. μητρὰ δὲ τῷ τύπῳ δύος ἵππων τοῦ σωμάτου ἔδειπνον μετέρχεται, καὶ ταῖς οἰ Διόποι τίθεται. Post hec ad consuetam sedem redibas, & illis (consulibus) curules ponebantur. Interdum s. in suo tribunali medius inter Consulata sellas (supra diximus): interdum humiliiori loco in subsellio, quoties eferre debuerat ad Senatum; atque idem factitabat, inquit Dio ἐπὶ τῶν δ' ἀλλαγῶν τῶν μεγίστων, in alijs maximis rebus; quoties videlicet de huiuscmodi agendum solet. Suetonius ita expressit, de maiore negotio acturus in curia medius inter Consulata sellas tribunitio subsellio sedebat; quod torteob commoditatem tactum, ut facilius se inferens Princeps in utriusq. aures consulis insulurrarer, & arcana conferret. Sed hæc Dionis verba, onoscitatem in se aduertunt lectorem. Si Princeps namq. post habitum colloquium ἐπὶ τοῦ σωμάτου ἔδειπνον μετέρχεται ad consuetam sedem redibas; iam ea deceperat, siue tribunal, siue alius locus fuerit. Conicio autem Principem transisse ad consulum stationem, aut in tertio aliquo consedisse. Quod enim à colloquio, vel consultatione consulibus οἱ Διόποι τίθεται sella ponebantur; argumentum est sedisse tunc consules coniuetis in sedibus, sed in inferiori loco, vel potius stetisse & frustrā ijs alioquin redderentur mox sedes. Sed & tribunitia potestas hic in mentem mihi venit, quippe sacra, & inuiolabilis, quam idē tam auidè affectarunt, iastaruntq. inter titulos Romani Principes. Eadem puto de causa, & Cæsari datum, ut in tribunitijs subsellij sederet. Dione teste lib. 42. pag. 194.

Ac simili forsitan subsellio tribunitio vsus Tiberius, de quo Suet. in vita cap. 17. *medius inter duos Consules, cum Augusto sedebat*.

Iudicibus, ac Recuperatoribus, quoties Praetori adeissent, data quoq. fuisse subsellia nemo dubitat; inde tam sœpè vox subselliorum pro ipsis Iudicibus, seu munere iudicandi; solenni hypallage, locum, aut insignia honoris pro ipso honore, aut officio desumendi: insignis locus Cic. epist. 10. lib. 13. fam. de Varrone: *Versans in utrisq; subsellis optima & fide, & fama*; hoc est in iudicijs tam priuatiss., quam publicis: alia testimonia congerit Manutius citato libro. Obseruat Cornel. V Vitell. in Merul. cap. 22. qui accusatoribus reis, testimonibus assignata subsellia ostendit. Marcell. Donat. in Suet. Nerua cap. 17. qui

qui Ciceronem alibi testem vocat in lib. de orat. *cum si à subsellijis in orium contulerit, &c.* i.e. à munere iudicandi; sed & pro quoq. munere forensi, aut ciuili acciperem; sicut & in Verrem eidem Ciceroni alienus à subsellijis, & ad Heren longi subsellij indicatio, & mora. Martian. Capellæ subsellia cognoscentium. Iuven. sat. 16. vers. 13.

*Bardacis index datur, hac punire, volenti*

*Index, & grandes magna ad subsellia sura.*

Sed pleraq. hæc ab alijs pridem obseruata. Adiungo l. vlt. C. de Senatoribus. Si quod enim criten ijs obiectum, aut publicum, aut priuatum, facultas illis permittitur; sedendi quoq; in aliqua Secretarij parte, que indicibus inferior, alterantibus vero superior esse videatur. Insignis, & palmaris locus, atq. obleruatione dignus apud Suet. 10. cap. 17. *item ut litigatores pro patrocinij certam, iustamque mercedem soluerent; pro subsellij nullam omnino darent.* Indubitanter autem subsellia nihil aliud hic sunt, quam iudices. Patronis iustum mercede in accipere fas fuit, neutiquam iudicibus vendere sanctitatem officij, sive (quod eidem Marcello plaoet) ne quid pro sententia lata. eidem iudicibus soluatur, quando ex aerario publicè constituta ijs sit merces, probante aeraria gratuia subdit ibi Suet.

Tardus, ac cœspitans gradior in eam sententiam, quam refert idem Marcel. Donat. tuetur Casaub. ad Suet. subsellia accipiens, quemadmodum vox sonat, pro ligneis ipsis sedibus, earumq. vsu; vt quoties exercenda forent iudicia, extruerentur in foro auditoria conductis, deportatisq. subsellij, pro quibus certa pecunia à litigantibus penderetur, à quo tamen onere leuatos voluit Nero. Quicquid in Rerorum exercitamentis, aut recitationibus ad captados auditores factum fuerit (qua de re infra) vix est, vt idem sit statuendum in iudicijs Praetorum, aliorumque Magistratum. Quid? In vrbe tot ciuium milibus habitata; tot conueniarum ex Italia, subiectisq. prouincijs quotidie affluentium concursu florentissima; in iam multis rerum gerendarum occasionibus; hoc est meritis caussidicinæ nutriculis, secundisq. litium seminarijs, quoties iudicium exercendum, toties subsellia, aut secunda conducenda erant, atq. in forum adsporthanda? Vix illud factum crediderim sub Romanis pulphagis, rudi, atque horrido aero: nedium ubi eum amplitudine fortunæ, atque imperij nitore, populiq. immenso numero cuncta in augustiorem faciem verterunt. Potuit sumnum fieri, vesemel positis subsellij ab aerario pensio quædam exi-

exigeretur à litigantibus pro eorumdem stabilimento, aut conservazione, & custodia; quam pensionem iussit Nero remitti. Quod vero per singula iudicia ponendæ, reponendæque forent sedes, extrahendum, componendumq. auditorium, id mihi molestia, ac difficultati plenum opus viderur, & abhorrens ab eo politissimo, & florentissimo seculi, ac populi more.

Omnis itaq. vellitur dubitatio, si subsellia pro iudicijs, vel sententiaz ferendæ actu, & officio interpretetur. Ceteroquin enim litigantes sedendi iure pellebantur. V. l. r. C. de offic. Cii. iud. sicuti & ipsi aduocati, aut causidici. Plin. r. epist. 23. *In tribunatu abstini causas agendas, quod a forme arbitrabar, cuius loco cedere omnes oportere, ut nec omnibus sedentibus stare, & lib. 6. 33. ingens utriusque aduocatorum uniuersa subsellia persistantium corona.* Enim subsellia iudicum, circa quæ aduocati persistabant. Ita legendum esse locum Plinij admonuit Cuiac. ad nouell. 71. cap. 1. *η συγκριθεῖσθαι τοῖς ἀρχετοῖς οὐ διατίθεσθαι, οὐ παρεπάνται πάλιν οὐ διατίθεσθαι.* Vel sedere cum magistrisibus, dum indicant, vel rursus stare; vel litigantes. Quod vero Cuiac. inibi testem aduocat Symmachum lib. 1. epist. atq. ex eodem Cuiacio Gorhofredus ad d. l. C. vbi Senat. vel claristi. non reperi equidem, & puto Stdonium potius de buisse laudare hb. r. epist. 7. cuius illa sunt verba: *Ferreolus circumfistenteibus latera collegis verecundus, ne teniter in imo subselliorum capite confedit, strave non minus legatum se, quam senatorem reminisceretur.* Erat Ferreolus accusator, alij autem circumfistebant accusationis, & legationis socij, eo sedente, quoniam Senator. Ac de aduocato itidem l. 6. in fin. C. de postul. *cum ipse necessitatem elegerit bandi, & consenserit insedendi.* Vetus namq. mos, atq. ex dignitate rei, vt qui loquuntur, aut sententiam dicunt, erecti, ac stantes faciant. Observat Brisson. de form. lib. 6. p. mihi 182. qui tamen serdisse moner, quicunq. assensum præberent. Verum antequam perorarent, aut causam dicerent, assignatis forte insidebant subsellijs, siue scannis aduocati; atq. hoc temperamento doctissimi Sauaronis non recuso dictum ad Sidonij Apollinaris lib. 1. epist. 3. *Scannis amicabilibus depurantur: vbi scanna pro subsellijs exposit, in quibus sederent aduocati.* Hi namq. pecuhari amicorum nomine gaudebant, unde *scanna amicabiliæ.* Verum, vt suspecta non nemini esse posset hæc amicorum appellatio, quæ causidicos honestamus, cum alioquin sanguinem fortunarum bibant, & patrimonia miserorum emungant: ita sui

sui dissimilis videtur h̄ic mihi Sauaro, nec tam firmis, plenisq. vt affor-  
let, iubnixus testimonij. Quod enim profert l. Diui fratres. D. de I.  
Parronat. non de caudicis ibi agitur; sed de l. Confultis, quos in  
consilium adhibitos Imperator honoris causa *amicos* appellare con-  
suevit, vt dicemus. Quare *amicabili scamna* libentius exponerem  
pro sublellijs adfessorum, vel iudicum, quos vocant pedaneos. Nec  
dissuadere videtur sensus, atque ordo epistolæ, si quis attentè percur-  
rat. Gaudentius enim ille (de quo ibi) paulò ante contemptus ab ob-  
trectatoribus, quem nec consellu dignabantur, nunc in sede, atq. hon-  
nore suscipitur: atque ita vices ille rependit, dum *scamnis amicabili-  
bus* deputat contemptores; in inferiorem s. locum ad obsequium, &  
ministerium hos detrudens, qui nuper dedignabantur se habere af-  
fessorem. Quod verò affessores, vel consiliarij *amicorum* nomen pa-  
sim meruerint, ram notum est, quam quod notissimum. Ac ne plu-  
ribus te morer lector, V. plenissime congesta à Salmasio ad Spartan.  
Adrian. p. 47. & seqq. sive cap. 18. vbi & Cesaub. idemq. Salm. ad  
Pollionis xxx. tyran. in Macriano; Bulenger. Imperatore Rom. lib. 2.  
cap. 21. adi & Pignorium de seruis p. mihi 212. & seqq. Huic cumu-  
lo inspergo locum Lampridij in Seuero cap. 29. *Res bellica, & ciuitatis*  
(ut superius dictum est) *per amicos tractabantur, &c.* Omnino igitur sede-  
re Magistratus, atq. iudicantium exitit. V. quæ notat Helmenor. s.  
ad Minuc. Fel. mihi p. 9. Paræus lex. Crit. verbo *sedere*, Pollettus ab  
eo laudatus Fori Romani pag. 36.

Equitum loca, aut quatuordecim gradus in theatro sèpè *subselliorum*  
nomine demonstrata, præsertim Martiali; cuius illa sunt lib. 5.  
epigram. 28.

*Bis septena tibi non sunt subsellia tanti.*

& 2.29.

*Rufe vides illum subsellia prima tenentem.*

& 5.8.

*Quo subsellia certiora sunt,*

*Et veros eques ordines recepit.*

Ac ne longius faciam, adi ad hunc vatem plena, atq. erudita accura-  
tissimi Raderi commentaria, Dempster. ad Rosin. 5. 10. De puluino  
autem equestri erit infra dicendi locus. Non parcam adscribere hac  
subsellia, aut gradus in circo foros fuisse appellatos! V. Panuin. 1. 5.  
de lud. circensi. Festus sexto foris significat circensis spectacula, ex quibus  
etiam

## DE HONORE BISELLII. 103

*Etiam minores forulos appellamus. Sic Liu. lib. 10. ubi spectacula sibi quisq; facerent, fori appellati. Var. 4. l. 1. Circus maximus dictus, quod circum spectaculis adificatus est. Spectaculum vocant eam scenam, sedetti, loculamentum, quod quisq. sibi faciebat ad spectandum. Vtitur & Terrell. in lib. de spectaculis. Non dissimilia, quæ nobis stanxini.*

Sed loca ea in gradibus, ac foris spectaculorum, *subsellia* fuisse quandoq. appellata eò putarim, non quia lignea fuerint, ut olim sub Romanis vetustis; sed quoniam illic ponerentur subsellia. Vitruvius 5. cap. 6. *Gradus ubi subsellia componantur*, suo s. ordine, ac metatiohes prout balthei, praecinctiones, viæ, sedentiumq. dignitas postulet; Subsellia inquam, non cathedræ, aut sedes, quod multò operiosius extisset, & vix accommodatum spatio, & areæ gradus, si quis eas inferre in theatrum, & componere voluisset. At subsellium humilius, & angustius, ac minus impeditum, quod & perpetuum, vel ad longum tempus poterat lapideis gradibus affigi, plumbarione, statumine, ferreisque subscudibus. Aut si forte repostile illuc esset, levioris operæ id erat, quam sellas tories interre, ac referre. Hoc aio, quoniam Burlinger. cap. 34. de Circo illatas tuisse à spectatoribus sedes opinatur. Fortasse nonnulli delicatores fecerint; in vniuersum, aliter sentio. Neq. alter Iuuenalis locus ad hos gradus spectaculorum attinens, de gradu meæ sententia me deiicit sat. 9. vers. 143.

————— & duo fortes  
*De grege Mæsorum, qui me ceraice locata  
Securum iuocant clamoso insistere circo.*

Quæ carmina genium spirant poëtæ, qui (quod acriter solet) Nemissim concutit aduersus hominem curi excurrandæ deditum, vñraq. concipientem tam desidis viræ, suis ut pedibus nec itare in circum velit, nec sede ipsa moueri, dum spectat. Si ignauissimum ergo tenebris nem (qualem hic describit Saryricus) peculiari hæc cogitatio, ac cura tenebat sollicitum; rectè consequitur non populi morem, aut vulgarem confuetudinem fuisse. Ac per poëticam *āēnōn* licebat id quoq. Iuuenali aggerare. Non placet autem, quod pleriq. omnes doctiores hic volunt deflextica, non de sella esse intelligendum potest. Quomodo in technica, si duo tantum fortes Mæsorum requiruntur! Scimus lesticam delicationum præsertim, qualis ille, sex ut minùs humororum fultura fuisse gestaram, nonnunquam octo, nedum sufficiere duo possint. Præterea quid tam magis ineptum, arq; im-

O

portunum; quām lecticam inferre, aut ægrē capiendam, aptandamq. in ijs spatijs, aut multorum impedimento futuram, ne spectent? At, inquis, loquimur de eo, quod erat in votis huic nebuloni Epicureo. Ergo, iterum respondeo, non is erat mos Romanæ gentis inferendi sellas. Sique vterius locum poëtae expendere nos delectat, non lecticæ, non sellæ illic mentio; sed id opebat diues ille, ac locors, vt duo serui è Mœsia validi ceruicem sibi locando, securum in circum suc- collocarent, vbi posset consistere. Nempe vt eorundem seruorum collo, atq. humeris porraretur, hoc exopeabat; qui quidem firmissimi tumultuantem populi turbam, tum in vijs, tum in circlo ipso submo- uerent, securumq. tandem, atq. incolumem ab incurrentium, ac pre- mentium vndecunq. periculis in spectaculo sisterent. Quid vetat ita Iuuenalem interpretari? Eò magis quia de votis h̄c agitur, quæ tam yaria, ac multiplicia sunt, quām hominum capita, vt nemo ignorat. Atqui non abhorret h̄c voti concepcion ab ingenuo huīis balarro- nis, cui anima pro sale data erat, ne quod interim computretoceret. Haud aliter ille apud Sen. epist. 12. vbi ventrem dapibus inferisset: ad mensam, satur tandem, ac lassus manibus seruorum se ad portari iubebat, ac si morte occubuisse, carmenq. illud ferale ad Sympho- niam canū *Cæliora*. *Cæliora*. Ac sedibus tandem vix locum fuisse in- spectaculis, quas secum importassent, satis probat, quod ah̄s docui- mus cap. 12. Lubellia, non sellas fuſſe paratas Senatoribus teste Suet. cap. 44. August. Facto igitur decreto, ut quoties quid spectandum publicè ederetur, primus subselliorum ordo vacares Senatoribus, &c. V. sup. cap. 12.

Caligula, quod tradit Dio lib. 59. iussit, vt Senatoribus puluilli sub- sternerentur. ἀπό τοις πατέρεσσι γένουσσιν οὐδεὶς καθίζεται, ne in undis af- scribηται, aut sub sellis sedderent. Si Senatores in subelliis, multò minus aliij in sedibus. Siq. lege'caurum de puluillis, coniucere est non fuisse allaras à dominis sedes, aut à locarijs (iij sunt, qui loca seruabant, ac vendebant in theatris) quorum alterutri puluillos etiam parassent non expectata Principis indulgentia, qui iuberet, aut permitteret. Et quidem locus Suetonij disertè agit de spectaculo, ne quis mihi ob- tendat aliud in curia, aliud in circlo, aut theatro factum, vbi præ longa mora, ac tædio commodior sessio erat quærenda. Sed his nos la- queis tandem expediamus: quorum restibilis copia in antiquitatibus eruendis, dum alter alteri continua succrescit. Ad quæ osmania han- denus

Etens de subsellijs, quanquam tralacicio, atq. obiter dicta, manifestam animaduersonis iterum adiungo, qua pleriq. auctorum nodi evoluantur; si statuerimus subsellia, non tam pro ipso sedis genere, ac configuratione, quam pro ordine, loco, apparatu sedendi esse nonnunquam indiscriminatim, ac γενοῦ exponenda.

## CAPVT XXXIII.

*Rhetorica sedilia. In auditorijs Subsellia, Anabathra, Orchestra, & horum locus. Cathedra docentium, aut legentium; item Lectus, aut Scimpodium. Cathedrae discipulorum. Basys excepti, qui recitaverint. Marialis secus, ac Lipsio explicasus. Recitantes sedebant, dicensentes stabant. Cathedrarij επαθητοι, exhedra; hemicyclium, & pluscula de eo. Cicero enodatus. Sessio pro loco. πατερ. Disputationes in exedris; item epula. Exedra Pisani Lycei, in quo uno perdiabant accerrima professorum disputationes. Exedrarum descriptio. Proexedra. Exhedra meridiando. Exedria. Philosophi in exedris. Homerus, Pythagoras sedentes. Exedra Christianorum. Peristylia, aut porticus circa templo.*

**A** Iudicijs, ac spectaculis in Scholas, & professorum coetus baiulemus subsellia, ac gerula arte progrediamur. Neque animus tamen nobis est calcaram toties semitam premere, sed innuere tantum, digitosq. ad illam intendere. In his igitur recitantium, aut docentium theatris libenter fateuntur pedestres, ac portatiles fuisse positas sedes ad temporarios plerumq. comitibus, quod innumera docent loca scribentium.

*Rhetorica sedilia vocat Sidon, lib. 5. ep. 10. ad Sapaudum; idem nunc scanna, nunc subsellia 9. 14. Auditoribus scanna compnere, & ibid. crepitantis Athenai subsellia canente. Omnino namq. subsellia hunc extum audientium, ac totam auditorij caueam dixerunt, praeferunt poetæ. Luxen. sat. 7. vers. 45.*

*Nemo debet Regum, quanti subsellia confitent.*  
& vers. 86.

*ciam fregie subsellia versu.*

*Nobis Panche, quæ & scanna; Græcis Calpæ, & cariob. Diximus de subsellijs precedentib[us] capite. Pluscula apud Cresol. legere est in*

absolutissimo libro theatri Rhet. lib. 3. cap. 13. apud Voss. de imitatione cap. 7. Adi & Lips. epist. ad Belg. cent. 2. epist. 48.

In his auditorijs, aut theatris sophisticis *subsellia* propriè fuere, quæ in medio locabantur, communi, & vulgari usui, sicuti *Anabathra*, quæ parieti infigebantur per gradus scæniles subeunda, nobis *Palchi*. *Orchestra* autem in fronte ante suggestum dicentis; clarissimo s. loco, vbi cathedræ, aut sedes honestiorum dispositæ.

Affabré totam hanc scenam, atq. apparatum depingit idem Iuuen. sat. 7. vers. 45.

*Nemo dabit Regum, quansi subsellia constent,*

*Et qua conducto pendent anabathra sigillo,*

*Quaque reportandis posita est orchestra cathedralis.*

Noto hic *Subsellia*, *Anabathra*, *Cathedras*: egregium huius loci enarratorem ne pigeat consulere Lips. ea epistola. *Cathedræ* autem hic sunt, quas in fronte (vt dicebamus) flos populi, atq. edecumata audentium cohors occupabat. At ipsius quoq. Rhetoris, aut Sophistaræ sedes eodem *cathedra* nomine ante has ipas proximè locata audentium digniores. Eaq. tamen paululum eminentior, vt videri, exaudiriq. ab omnibus posset. Pers. sat. 1.

*Sede leget celsa* — — — —

V. Gref. d. cap. Gr."θρόνος ὑψηλὸς οἰκονομίας excellens, ad sublimis. Qua sedis dignitate, quid distant Regnantiis professores? Egregius honor virorum, qui publicæ student eruditio, tradendisq. operantur disciplinis, vt illinc dictata auditoribus proferant, vnde distant imperia, iura diribent, belti, pacisq. leges imponunt populorum. Rectores. Plinius 8. 21. epist. positis ante lectos cathedralis amicos colligerunt; loquitur de priuata intra domum recitatione apud amicos. Nota morem lectii, intellige autem de lecto trichimari, vbi ille forte legebat; ibid. & tempus, & locum opportunissimum elegi, utq; iam nunc afficerent; & ab otioso, & in trichimio audiri, &c. At de lectis, vbi scribentes, discentes, differentes, sedentur. Casaub. ad Aug. cap. 78. & nos infra cap. 26. Scimpodium itaq., & orijentes, item dippes, & subthespa, ea sedes appellata recitantiuen, aut docentium; nobis *cathedralis*, non tantum pro suggestu, sed pro magisterio ipso, & professione publica literarum. In celeberrimo totius orbis Palladio tres cathedralis potissimum monitoratae apud Articos, Philosophos, Rhetoricos, Politicos. At quæ vocatur *Politica*, siue *πολιτικὸς θέριδες*, non tam

Tam respicit Civilis sapientiae magistros, quam Rhetoras, aut Sophistas, qui politico dictio[n]is charactere vabantur: de utq[ue] enim exponi posse existim. Qui eas cathedras obtinuerint, potentes dicti, veluti Praesidentes, aut Praefecti. Nec cuius tamen effronti per ambitum, aut obrepitionem vulgabantur, sed multo prius examine, & experimento doctrinae. Honorifica etiam audebant stipendia, quibus praestantium virorum labores, & industria aleretur. Ut dicam in summa; cum summa pecunia, summo honoris habeantur Cathedrae Athenis. V. quæ tradidit Meurs. de Fortuna Athener. cap. 8. Cresol. d. libro. Sed redeamus in viam. Horatius. ferm. i. 10. discipulorum cathedras vocat.

*Discipulorum inter tubo plorare cathedras.*  
Alij malunt lequieri sexu Discipularum. Sidon. Apollinar. lib. 7. epist. 9. qui ait literarum, aut altarium cathedras tenere. Cagliod. psal. 1. Cathedra proprie. Doctoribus datur. Hinc Cathedra Moysis, quam interpretantur docentis: ac non sensu alibi cathedralium mentio eo sensu. Quare D. Hilar. in psal. 138. Doctrina necessaria significatur in cathedris. Ausoni. epigr. 46. in tabulam, ubi Ruci Rhetoris imago picta.

*Hec Ruci tabula est; nūl verius. Ipse ubi Rufus?*

*In cathedra*

V. eundem Ausonium in Professoribus. Hermas antiquissimus ille Theologus 2. cap. 11. Opere mihi sedentes in subellys homines, et unum sedentem in cathedra. p. 873. Barshio editore. His auditores signantur in subellys; in Cathedra doctor, aut recitator. Iuuen. da satyr. 7.

*Panituit multos varie, sterilisq[ue] cathedra.*

Hanc ipsam sterilitatis notam impressit cathedris Hispanus vates lib. 1. epig. 77.

*circum pulpita nostra;*

*Et steriles cathedras basia sola crepant.*

Omne seculum tulit algentium magistrorum querimonias, quos lana perrusa, ac mensa arctior, locatae infeliciter cathedris operæ, suæq[ue] poenitentia professionis afflixit. Quod Pulpita Martialis, exponerem dicentium sedes. Ita enim quoq[ue] vocatæ; at vero cathedra eorum, qui dicentibus interuenirent. V. Cresol. d. loco. Flaccus sup.

*Discipulorum inter tubo plorare cathedras.*

*Basia quod attinet, mos allusus suauius excipiendi post recitationem*

*nem*

nam Poetas, Sophistas, aliosq., qui prælegerunt. Adnotauit Voss.  
eo capite §. 5. ex Eunapio in Praefercio. Addo ego palmarem, atq.  
illustrem locum Plini epist. 17. lib. 5. Recitatione finita multum, ac diu  
exoscularus adolescentem, qui est acerrimus stimulus monendi, laudibus in-  
citanus, &c. quare basia Martialis non expono, quomodo sentit Lips. d.  
epist. ac si nihil serium, aut quæstuosum; sed oscula, & amores, re-  
sumq. mollium tractario versaretur in labris dicentium: sed potius  
hanc basiandi considerudinem respicerem. Quo sensu steriles Cathe-  
dras merito appellabant, si messis basia sunt, fructusque acclamatio-  
rantum, & plausus. Non inuidet tandem etiudem Vossij adnota-  
mentum de sedente, aut non sedente, dum publicè loquitur. Sede-  
bant namq. ij, qui recitabant, h. e. qui de scripto proauncibant; at  
Dicentes, siue memoriter adloquentes stare solebant. Recitat ille,  
qui iam scripta ritrum citat, atq. exposuit; & quoniam intentos libello  
tenet oculos, ferme destituitur actione, motu, ceterisq. proauncia-  
tionis blandimentis, ac lenocinijs, quæstantem adiuuare, & comitari  
solent. Conuenit igitur recitanti magis lessio, & incubatio, & sedan-  
tus membrorum habitus. At Dicentibus, quos memoria non deficit,  
quoniam stabant, gestus quoq., atque incessus, omniibusq. motibus  
animi consentaneus vigor corporis adiungeatur. Plin. 2. epist. 19.  
Vnde accedit, ut hi, qui sedentes solum, &c. Recitantes vero precipita  
pronunciationis adiumenta oculi, manus præpeduntur. V. plura: & lib. 6.  
ep. 6. Dicenti mibi sollicitè assit, assidet recitanti, &c. De legis inter-  
pretibus, aut Magistris apud populum Iudaicum, quod sedentes do-  
cuerint, auditoribus perpetuo stantibus, ritum protulit Samuel Pe-  
titus lib. 3. obseru. cap. 2, ac seruatum fuisse scribit usq. ad tempora  
Simonis filij Gamalielis. Deinceps itaq. surgere in Synagogis legis  
doctores, aliisque verba facturi. Act. Apost. 13. 16. Surgens autem Pa-  
lus, &c. Idem Luças de Christo Domino 4. 16. Euang. & surrexit le-  
gere. Obseruat doctiss. Maldonatus ad Matth. 23. super Cathedram  
Moysis, &c. hodieque seruari inter Iudeos.

Ab his cathedris. seu dicant, seu recitent, seu quoquo pacto de-  
ceant, Cathedrarij dicti, qui professoriam linguam exercent. Gloss.  
Cathedrarij, επιδίφησις. Seneca de breuitate vitæ cap. 10. Non ex his  
cathedrarijs philosophis, &c; hoc est, qui in umbris Icholarum, & super  
cathedras sophisticas ementitam docent sapientiam, totos dies de  
virtute alterantes, quam verbis tantum, ac voce proficiuntur μέχρι

τε λέγει, ἀντὶ τῆς πατέρων, νέοντας, αἱ σκηναὶ οὐκ εἰσπερίζειν  
git Epictetus apud Gell. lib. 17. cap. 19. siue Pacuvij verbis apud  
eundem 13. 8. *ignana opera, philosophia sententia.* Sed & *Cathedrarij,*  
qui gestant cathedras, de quibus infra.

Ad sapientum confessus *Exedra* pertinet, locus instructus sedili-  
bus, vbi disputationes, & colloquia seruntur. Describit Virtuuius  
lib. 5. cap. 1. ac lāpē apud Ciceronem memoratur. In ipso statim  
aditu eleganissimi libri de Amicitia, quod illuc *Hemicyclum* vocatur,  
non tam de sellæ genore ab ea forma dictæ, quam de tota confessu in  
orbem, ac rotunditatem parato succurrebat interpretari. Hunc  
sellarum positum reperi in domo Cephalii Atheniensis apud Platoni-  
cam 1. de Rep. ad colloquia sapientum virorum, quos inducit de re  
ciuili differentes philosophorum summus. ξενίῳ γὰρ δίφορος τὸν  
αὐτόθι κύρλαχ. Erant enim illuc dispositi in orbem sedes. Sunt verba  
Socratis, at ea Tullij de Q. Muno. Cum sapientia multa narraret, tum mem-  
inici domi in hemicyclo sedente (ut solebat) cùm & ego essem unū, & pauci  
admodum familiares, in eum sermonem illum incidere, &c. Possunt hæc &  
ad confessum referri, siue exhedram, domumq., aut edificij partem, vbi  
disputationes habitæ. Ex hoc Tullij loco nonnulli colligunt, & qui-  
dem viri probè subacti in polyhistoria *Hemicyclum* sedem fuisse Au-  
guris, quoniam M. Scœuola itidem erat Augur. Sed meminerint, ve-  
lim, Q. Murium in templo tunc non fuisse (nisi Tullij domum quod-  
dam veluti templum quis dicat Dece Suadæ) neque ibi auium Olci-  
num, aut Præterum volatus, vel cantus obseruasse: sed cum amicis  
iucundis, ac beatis de amicitia differuisse. Quæ igitur ratio (ex hoc  
inquam loco Ciceronis) de Hemicyclo, tanquam de sella Auguris  
statim decernere? Meo augurio parum ritè augurantur. Erravi, ac  
me reprehendo: belle, ac merè diuinant. Et quod enim Tullius illic  
vitetur verbo solebat, conjectura potius est hemicyclum non fuisse.  
Mutio paratum, tanquam sellam auguralem, ac prorsus debitam  
huic honori; sed quoniam illuc consuetudinis, aut commoditatis gra-  
tia soleret quiescere. Vt autem monui, exedra etiam esse potuit se-  
dium positus, atque ordo semirundus, vbi Cicero, atque alij fami-  
liares cum Mutio sedebant. Hos ipsos sapientum virorum confessus  
idem Cicero cum dulcedine memorize ob oculos sibi ponit §. de fin.  
*Hic Spensippus, hic Xenocrates, hic eius auditor Polemo: cuius iofse illa-  
fessio fuit, quam videmus.* Quod autem vocat sessionem, pro exedra  
accidit.

accipio, aut sede, vel loco sedendi: quomodo Latinis, ambulatio, coenatio, gestatio, &c. pro loco ipso, non pro actu ambulandi, coenandi, gestandi quandoque tumitur. Omnino autem exedra appellatur tum Græcis, tum Latinis à frequentia, & paratu sedium. Exedrae alio nomine Græcis πάσαδες. Pollux lib. 7. c. 27. Πασάδας δὲ ὁ Ξερόφων, ἀς δι τοῦ ἔχειθρας, &c. Xenophon Pasadas, quas nunc exedras, &c. Gualtherus vertit Porticus; sic Hesychio haud semel πασάς, σοα. Ita autem vocaram monet etymolog. auctor. Δια τὸ εἰ αὐτὴν οὐμᾶς εἰσεῖθαι, παρὰ τὸ πάστραδας. quoniam ibi vescimur. Est enim πάσσων οὐδετε τὸ γένουμαι, degusto. Idemque Hesychius πασάς, σοα, πρὸς τὰς πασάδας νυμφῶν. Porticus ad sponsarum nuptias, aut communia. Fermè autem in ijs exedris paratae epulæ ob loci commoditatem, ac spatiū æstiuo præsertim tempore. Ac forte in eum usum olim ædificatæ, positaq. ibi subsellia ad compotationes; quo spectare videntur verba Pollucis d. l. 7. cap. 27. quasi olim forent, & appellarentur Xenophonti πασάδες ad conuicia; hodie ad conselium, & disputationem exedrae vocentur. At quoniam in porticibus, ac peristylis, quod docentes, discentesq. conuentebant, disputationes quoq. inibant; ideo tam πασάδες, quam πέριπτη expoluntur Porticus. Quo ritu hodie Pisces vocari potest spatiū illud, ac subselliorum positus quadrata forma sub porticu Academæ, in quo sedent professores ad grauissima sua artis scita propugnanda, singuli aduersus singulos. Laudabile institutum, quod in alijs lyceis iamdiu desuetum, Pisces perdurat ad exercenda acriter docentium ingenia, quos vel una hæc periclitandæ doctrinæ cogitatio laboribus omnino deuouet literarijs, suæque profissioni addictos, mancipatosq. insudare cogit. Adstant disputationibus conferti auditorum cunei, perinde iudicium dei Magistris facientium, ac in lubrica illa arena vires successerint. Quamquam & hic multum frontis durities, ac verborum volubilitas profert: ac sicuti in ceteris humanæ viræ partibus, pudor, ac modestia, & si cum doctrina coniuncta, infra est. Multos sane inclytos alioquin viros à Pisaniis Athenis id experimentum deterruit, ne fumantes vrsinaires attingerent. Vitruvius lib. 5. cap. 11. loquens de palestris Græco qdificij genere. Constituuntur autem in tribus porticibus exedrae spaciose habentes sedes, in quibus philosophi, Rhetores, retriqui, qui studijs delectantur, sedentes disputare possint. De publicis exedris loquitur Vitruvius; quibus configilia ponantur, quæ Capitula vocantur in peristylijs,

lijs, aut claustris monachorum, vti adnotarunt, tum Philander, tum Bud. in Pand. ad l. si verò 5. D. de ijs, qui deiecer. vel effud. §. 2. In his enim quoq. Capitulis perpetuò visuntur parata subsellia tum ad disputationes, tum ad consilia. Animaduerto autem apud eundem Pollucem lib. 10. cap. 5. προσέδρας, Proexedras, seu Ante exedras, quas pariter Gualtherus vertit porticus: congrueretq. cum eo, quod dicebamus de capitulis, quæ contigua sunt peristylis. Proexedra igitur erit porticus, quoniam est ante exedram. Sed neque incommodè προσέδρας redderem ego Latinè Vestibulum. Idemq. Vitruvius 7. 9. exedras interpretatur tanquam porticus; Peristylis, aut exedris, aut ceteris eiusmodi locis, quò Sol, & Luna possit radios suos immittere. Atque hæc exedrarum publica spatia, Græcorum propria fuisse. idem monet, quoniam palæstrarum quædam membra fuere: palestræ autem non Italice consuetudinis idem vocat. Cic. 5. de finibus apud Græcos agnoscit. Hoc autem tempore, eis multa in omni parte Athenarum sunt in ipsis locis iudicia summorum virorum: tamen illa mouetur exedra, &c. & de prouincijs consularibus A suis Græcis subtilius eruditus, quibus cum in exedra iam belluantur. Pisonem notat. Apud Romanos autem priuatas portius crediderim fuisse has exedras; secretumque quoddam conclave lucubrando aptum, doctilq. excipiendis amicis, quibus cura disputare, ac commentari consueuerint: inibi quoque meridiabantur, ac somnum capiebant grabbarulo posit, quod loca Ciceronis ostendunt tum primo de nat. Deor. 1. 5. tum 3. de orat. 17. Priuatas pariter exedram, & cubiculo iunctam expono apud Vlp d 1 3. In eum portius dare actionem, ex cuius cubiculo, vel exedra deiectum est licet plures in eodem cænaculo habitent: Neque tamen idem Tullius omnino remouet hanc exedras à porticibus, quasi Græcanicum morem imitatus. ἡποκριτῆς appellat Exedria 1 b. 7. familiar. epist. 23. Exedria quadam mihi noua instituta sunt in porticula Tusculani, ea volentem tabellis ornare, &c.

Nou miror si tam multæ sedentium statuæ compareant, quos pallio male opertos, ac seminudos coniiscimus esse philosophos in palæstris, aut exedris Græcorum differentes: nec desunt illis. crepidæ, nec barba promissior, nec in manibus pugillares.. Fateor tamen eorum nonnullas accipi posse de quibusvis alijs, qui in balneis sedeant, lauandi, ac tergendi gratia: conuenit species iniecti palliastri, corporisq. male amicti; & quod pugno stringitur, linteamen portius, &

sudariolum, quam liber. Satis erit interici, si tria, aut quatuor proferam de multis, quae Florentiae afferuantur ita sedentium exemplis.

Primum accepi à nobilissimo iuuene Francisco Abate Niccolinio, quem Gratiae, ac Musæ certatim lactant, tuto copiæ cornu fortuna beat. Veritati lito, non Philiae, quæ mihi cum illo solidissima intercedit. Hic aduerte segestrum humeris impositum, ac tænia reuinatum, qua collo hæret; quod ne elabatur, sinistrâ retinet lessor: nec deflunt sudariola, ac linteal in utraque manu. V. n. 45. Secundum in viridario Marchionis Bartholomæi Corsinij, quasi illuc excubet sedens philosophus ad tutelam veterum inscriptionum, quas supra laudauimus. V. n. 46. & cap. i. 3. inter multiplices sellas illuc exhibitas. Aliam misit sub n. 48. Abbas Octavius Falconerius, de quo spectaræ nobilitatis, atq. eruditioñis iuuene, quicquid labor præstare, aut ingenium potest, totum iuratus spondebo. Tam ille cernit acutum in his quoq. diiudicandis antiquitatibus, vt vel suos vincat iſpazæ, vnde sibi gentile cognomen; nec falcatis illorum vnguis cedat in arripiendo feliciter quocumque disciplinæ genere.

Coniice huc, si liber, sedentem Homerum omnium Philosophorum parentem, qui quæ sint vera sapientia, ac virtutis præcepta

*Plenius, ac melius Chrysippo, & Crantore dicit.*

Imagines profert Illustrissimus, ac Reuerendiss. Leo Allatius in ipsa statim fronte libri de patria Homeri ex Cimeliarcheo Eminentiss. Card. Barberini. Neque aliter Pythagoram veteres sèpius sedentem statuebant. Adde & iconem sellæ marmoreæ, quæ in Sancti Marci Romæ visitur reclinando corpori aptissimæ, & ad usum puto balnearem (V. n. 48.) qualem germanam geminam cum suo lessore in ædibus Gaddiorum Florentiae inspeximus, anaclinterio recuruo, & antrorsus sensim porrecto, vt sedentem veluti complectatur. *Exedra* apud Christianos peristylia, aut porticus extra ambitum templi, quælia, opinor, hodie, quæ dicimus *Claustra*, vbi monachorum mansiones; aut quæ nobis *Canonica*, vbi Clerici, atq. ecclesiaz deseruientes. Ruffin. 2. 23. hist. eccles. *Exedra*, & *pastophoria*, domusque in excessum parrecta, in quibus vel aditui, &c. Nescio an hoc respiciat D. Hieron. ad Eustoch. Si quis caperit agrosare, transferatur ad exedram latiorem, & tanto scenum ministerio confortetur, &c. idemque de veteri templo ad 1. paralip. 23. In vestibulo, & in exedris, & in loco purificacionis,

## DE HONORE BISELLII.

.115

sionis, & in sanctuario. Accipio exedras hic pro peristylijs. Euseb.  
hist. eccl. 10.4. ἐν τῷ τόπῳ τῷ μετέπειτα, οὐχί δίκαιο,  
&c. ad ea, quae sunt extra templum deneris; exedras, & manuscenes, &c.

## C A P V T   X X I V .

**A**rquata Sella. Sellula rusticana. Hemicyclium. Tripetiae. Tri-  
spolo. σκηνή λαθρα. θράσια. σκολύθρια. Pollux oscitanser versus.  
Sella Tripodes. Tripoda. Tripedia. Sessibulum. Sediculum.  
Sedile. Quadratum. Artisselium in fragmento Petrenij Tragurie-  
no: sensu non verbi elucidatio; indicium de fragmanto. Sedecula.  
Seliquastrum. Sella muliebris; adoperta. δέρπος κατάστησος. Le-  
ticia. Lecticarij: etiam qui sella inserviebant. Cathedra; de sella  
muliebri. Cathedrarij. Cathedralicij. Proseda. Alta sella In-  
ueniali asserta. Sellariae: Popinae Sellariolae. Theodora Imperatrix  
luna Procopio. Lenarum, & circulatricum sella. Piscium venditori-  
bus sedere vestitum Athenis. Sella Gestatoriæ, Fertoriæ, Portato-  
riæ. Calius Aurelianus, sive Arrianus laudatus. Procurata Sella.  
Gestatoriæ bracteatae. Gestamen. Gestatorium. Tacitus exactè  
animadversus preter Lipsij menem. Basterna. Lertiga.

**Q**VONIAM fatis haftenus quodam veluti recessu sedes adno-  
tauimus, quæ aliquod in se habent honoris instar, quo no-  
strum hoc maximè spectat πάππειον: nonnullas indicare  
alias nunc iuvat, quæ muruam iam dictis præstant, & ac-  
cipiunt lucem, quæve scriptoribus magis memoratae suc-  
currunt. Indicabimus duraxat; non attente, atque exactè scrura-  
bimur. Quod suū θεον faciemus, cum per aliud tempus, atq. ocium  
impensè toti erimus ēdipāios.

A primo capiens elemento exordium nominis, prima sese pandit  
**A**rquata Sella: ob structuræ, figurationis, aut compagis speciem ita  
appellata, quoniam in arcum sinuetur. Sic Arquatus morbus, & Ar-  
quati, qui eo laborant; ab arcus, sive Iridis colore. Arnob. lib. 2. de  
rustica loquens supellestile, quid arquata si sellula, arcus, strigilis, pot-  
labrum, filiquastrum, trulla, &c. Inter vires omnino reponit, qualium  
etiamnum hodie quasdam apud nostros videre est, ligneas, & obso-  
letas avorum reliquias nullo, aut parvo cultu. Et sic curuatura illa,

ac finus satis commode lessorem excipit, & complectitur: tribus innixas pedibus fermè obseruatnus. Talis ne fuerit, an non, ignoro, quam pariter sellulam, & rusticam, imò seruilem vocat Sulpic. Seuer. dial. 2. cap. 1. *Sedebat autem Martinus in sellula rusticana, ut est in vīsib⁹ seruīorū, quas nos rusticī Galli tripetias, &c.* de Tripode mox. Arcuatae sedis meminisse Tacitum lib. 15. ann. scribit Pignor. lib. de seruis p. mihi 38. sed verè nulla apud Tacitum mentio sedis cum hoc nomine Arquata; id modò legitur eo lib. 15. 57. de Epichari liberra, Vinclo fascie, quam pectorē detraxerat, in modum laquei ad arcum sella restricto, indidit cervicem, & corporis pondere connisa tenuem iam spiritum expressit. Memorat arcum sellæ; sed non necessariò sella erat arcuata; forte in summa reclinatorij pars, qua capiti sedentis imminet, in arcum, siue apsidem curuabatur, ornatus, ac decoris causa, ut nonnullas veterum obseruare est: atque huic arcui cùm fasciam alligasset Epicharis propenduli corporis grauitate spiritum interclusit. Ceterum non ineptè possem Arquatas vocare sellas, quarum Anclinterium, vel pluteus continuò assurgens tabulato in arcum finiatur, ac desinit; ac plurimū episcopales sedes ita deformantur. Sed quoniam Arquatas Arnobij, aut tripetias Sulpicij, rusticanas, ac ferules fuisse nouimus: quid causæ est, cur reclinando dorso eminentem illis pluteum appingamus? In priscis tamen monumentis quādam deprehendimus ita figuratas; sed molliori curuamine sensim flexas in arcus portionem, vario etiam ludentis fabri ingenio, signis, columellis, parastatis, triglyphis eleganter ornatas: quarum aliquot exempla superius exhibui cap. 13. Arcuaram, ac simplicem magis, in qua sedet Citharistria ante cornuas fidibus canens profero inferius cap. 29. ex Boissardo parte 4. antiq. p. 145.

*Hemicyclium, semirōundam sedem, quā Auguris propriam crederunt ex loco Tullij initio libri de amicitia supra examinatam habes; ac pensiculariū verba Oratoris exposuimus cap. 23. ordine* potius sellarum in arcum, aut hemicyclum dispositarum, quā genus sedis peculiari ea forma existimantes. Reperimus tamen semirōundā eā formā, & quidem sibi rit. Pontificis maximi in Tiberio apud Nonn. ad numism. Goltz. tab. 11. n. 3.

Proxiū sequitur, non veroq., sed uno amplius pede sella *Triplex*. Martinus Turonenfis Episcopus, regula, ac decus Antistitium haec vtebatur tripode sella modicus, & pauper, sed Cœlodives; superbas hor-

horrebat luxu, ac diuitijs. Sulpicius Seuerus, qui supra, dialogo. 2.  
Sedebat autem Martinus in sellula rusticana, ut est in usibus seruorum  
quas nos rustici Galli tripetas; vos Scholastici, aut certe tu, qui de Grecia  
venis, tripodas nuncupatis. Alibi eandem sellam Martini dial. 3. c. 20.  
sedile ligneum vocat, inde materiam cognoscimus. Noto apud Gallos  
rusticum verbum illius æui *Tripetas*. At Scholastici, aut literati præ-  
sertim ἀληνίζοις dixere *Tripodas*. Latinis *Petiolas* diminutuum  
pedis, πόδιον: ut & pars illa vnde poma dependent, atq. hærent,  
quam nos Gambo: à triplici igitur pede, *Tripetia*. Tripodem insi-  
debat Pythia, ut numen conciperet, atque oraculum funderet; siue  
mensam, siue sedem appelles. Sed Tripus ille futurorum index ex  
auro, & operose factus: de qua sede fatidica fari, ac dicere multa  
multi occuparunt. Redeamus ad viliorem vslum, quo modo etiam  
hodie inter colonorum, & pauperum instrumenta adhibentur, nobis  
*Trespolo*. Isid. 20. 11. *Tripodes*, scabelli sunt habentes tres pedes: Papias,  
*Tripodes*, scannelli sunt habentes tres pedes. Polluci σκίλιθρα lib. 10.  
cap. 11. quæ sic explicat ἄπειρ εσι μικροὶ τρίποδες, quæ sunt parvi  
*tripodes*. At Hesychio Ταπειὰ διφρία, ὑπωτόδια, humiles scille, scabelli.  
Vterque facit parua, atque humilia. Σχολύθρια autem, non  
σκίλιθρα appellari debere monet Leopard. 2 8. emend. quem vide.  
Eidem Polluci 26. 7. Θράνια, σκολύθρια. Iterumq. 10. 11. θράνιον  
ex Aristophanis Pluto nobis repetit. Sed non bene meo iudicio in-  
terpres Pollucis ea verba Comici ἄρι θράν, σάμυς χιφαλίῳ κατα-  
γότος, verit, *Ante sedile urne caput confracta*; debebat, *Pro sedili urne*  
*caput*, &c. clamat vox ἀστή, & locus Comici ingrata Paupertatis do-  
na referens, quæ miser homo ab ea accipit. Inquit autem, pro pul-  
vino lapidem, pro pane maluam, pro maza raphanum, ἄρι δὲ θρά-  
νι, σάμυς χιφαλίῳ καταγότος, *Pro scabello urne caput effracta*. Fer-  
stiuè de pingit nobis Aristophanes pauperrimi homuncionis vilissi-  
mam sediculā; fictilis nempe cadi detruncatum capitulum, vbi angu-  
stè, atque humiliiter sedeat. Alia, quæ ad hoc θοάσιον spectant vide  
supra, vbi de luppenaneo. Omnino igitur Tripodem inter humili-  
rum instrumenta, & supellestilem facile parabilem reponimus. Qua-  
re Sidon. lib. 4. epist. 24. Maximum describens impacto nuper sacer-  
dotio continentem, ac frug', deq. vita lautiori, ac benè curata, ad se-  
ueram, & moderatam traducto, *Coma brevis, barba prolixa, tripododes*  
*scilla, Calicium vela foribus appensa, lectus nibil habens pluma, mensa mul-*  
*pur-*

*purpura, &c.* Disce Sacerdotij candidate, & exemplum lucrifac qui-  
cumq. ecclesiasticis honoribus intumescis. Ad eam epistolam doctiss.  
Sauaro ex glossis Isidori Mf. *Tripeda, Tripedia, Scabellum habens tres  
pedes: recte emendans pro eo quod erat, apud tres pedes.*

Accensoleamus his affinia sedium genera, quas ab humilitate, ac mi-  
nuta forma in vniuersum vocarunt *Sessulum* Plauti Poemulo. 5. 2.  
Varroni *Sediculum* memoratur 7. l. Paulus ex Festo, *sediculum, sedile.*  
Fermè enim *sedile* pro viliori genere. Sic D. Martini sellam tripodem.  
Sulpicius dial. 3. cap. 20. *Sedile lignum* vocat. Nos prouerbij loco  
*Fare da sedile*, pro quauis postremissima obsequij, ac seruitij demissio-  
ne. *Sedile autem propriè ea pars*, quam sede preimus: quomodo  
in actis D. Marci vocatur, quæ Henric. Vales. profert ad Eusebij hist.  
eccles. 7. 19. *In cuius cathedra sedili, &c.* planitie f. illa lignea, omni  
exura fulcrorum, pedum, ornatu, aut instrumento. Hygino *quadratum*  
lib. 2. de signis stellas enumeranti, quæ in Cassiopeia asterismo no-  
tantur. *In quadrato (inquit) in quo sella deformatur, una, &c. à figura*  
nempe sedilis, quod ferme quadratum, aut *τετράπλευρον. Tabulatum.*  
*Affamentum* vocarem, si lignea sit sedes, item *Mensam*, & *Plateum*.  
Nil mirum igitur, si sedilis, aut sediculi nomen dedere arctis, ac minu-  
tis sedibus, nulloue, aut exiguo ornatu. Hinc altum, illinc humilior  
sedile prescribit Cels. 8. 10. *Homo collocatur alto sedili, medicus autem  
humilioris aduersus.* Etsi nomen *sedilis* vniuersa sedi, ceterisque etiam  
edium liberaliorum generibus conuenire potest.

Cic. 4. ad Att. 9. *Sedecula* dixit (Græci διαπίστε, Polluci 10. 11.)  
*Maloque in illa tua sedecula* (inquit Tullius) *quam habes sub imagine Atri*  
*stetilis sedere, quam in istorum sella curuli.* In Traguriano Fragmento  
Petronij nuper edito inter alia legitimus *artifelium de suo paravis, &*  
*dans trullas.* Loquitur de seruo frugi, qui genium suum defraudans,  
de quotidiano demenso miser comparserat, paupertinam sibi parans  
supellestilem, artifelium, & duas trullas. Inaudita vox artifelij, ut  
multæ aliae in hoc scripto. Quod si *Artifellum* rescribamus, primum  
mox erit pro arte sella, & angusta, atque humili, qualis seruum nos  
dedecebat, interpretari. Nisi aliud vleus huc subest, & ἀντ' τῆς ἄρτης,  
à pane deducta sit vox; cum enim iungat mox duas trullas, vasa f. vi-  
naria, id primum curæ esse debuit seruo non improviso seruandi pa-  
nis, viniq. instrumenta parare. *Artifellum* autem idem sit, ac *Pana-*  
*nium, vel arca, aut repositorium panis: quasi αἴτη τῆς ἄρτης, οὐδὲν*  
*Artis.*

*Artisylum, Artisclium*; quòd illic colligatur panis veluti furtiuus, ac diarijs detractus. *Artophorum* reperio apud Athenæum 4. t. genus instrumenti, aut repositorij, in quo panem gestabant, plexis vimini- bus, aut virgis, quas illic vocat *iμάρτας*. Nobis esset *Cerla*, quam ita pariter dictam, sicuti *Artophorum*, à gerendo pane, quasi *Cerulanus* puto. Quod autem ex Petronij *πιστασματικόν* verbi monstrum inauditi depropserim, nolim mihi ut yllus apud leueros criticæ rei phrontistas dicam impingat. Esto naſuriorum dē hoc fragmento iudicium, quod non pauci minantur: ego interim aio pleraq. illic au- ëtorem prodere, suumq. referre genitorem Petronium. Talia ipsi lineamenta, tales ductus in satyrico reliquo. Sed multa quoq. fateor dissimilia; quæ à mala forrasse excriptoris, aut sciolii manu, etatisq. barbarie. Vocabula illic insolentia, & lexæ monstroſæ: nec pauca Italicum, ac vulgarem nobis spirantia genium sermonis. Sed recor- demur rāmen, communes quasdam notiones, sensusque nulli no- dedisse naturam, magnumq. mundi codicem explicuisse, atque inge- tem aperiisse officinam, ad quam omnes ingenio possint, atq. oculis intendere; obſeruaram illuc, adnotaramq. rerum dicendarum mate- riem colligere: Eoque pacto in morum, virtutumque humanae societate, ac similitudine abundè reperire, quod mentem instruat, mox linguae officio in sermonis copiam, & apparatum effluat. At *sedeculas* quod spectat, ut eō revertamus, foeminiæ eæ in vſu frequentiori: non modò ut verecundiūs quiescant, sed apriūs quoque ad pensa domestica colo- acu, stamine exequenda. Talia fuſſe *Seliquaſtra*, vel *Siliquaſtra*, aut *Solliquaſtra* (ut varie appellant.) Simile vero est muliebri potissi- mūm ſectioni. Sic in *ἀσπεσταγές* ſedentem locarunt *Cassiopeiam* Astronomi: quæ ideo *Mulier ſeliquaſtri* ab Arabibus dicitur. De ſeli- quaſtro autem plura diximus cap. 10. At muliebris ſellæ mentio apud Sueton. cap. 6. Othonis: *Tunc abditas properè muliebri ſella in caſtra contendit*. Si abditus Otho, liquet fuſſe adopertas haſce ſellas, podo- ris, & modestiæ cauſa: quales *δίφρη κατασίγης* vocant Græci; at- que hodie nobis in vſu promiscuo, seu *veſte*, seu *corio* obducantur, ſenestellis, plagulis, ſpecularibus additis. Harum primus inuentor, aut ſaltem adhibendi ſtudiosus inter viros Claudio Imperator, si Dio- ni fides lib. 60. p. 665. *δίφρη καταſίγης πρῶτος Ρωμαῖος ὁ χρύσαρος* ſella opere prius Romanorum vſus eſt; ubi *δίφρη*, *Lectica* non bene vertunt, quoniam diu ante lectica recta Romanis in vſu, nec prius adhi-

adhibuit Claudius. Iusta notauit censura doctum alioquin interpretem iustus Lips. 1. elect. cap. 19. vbi exactè persequitur lectorum, ac sellæ differentiam. Indicare non desino hanc sellam operram Consulibus deinceps, & consularibus fuisse adhibitam, postquam Claudius primus usurpauit. Dio inibi καὶ ἐξ ἴστορες, καὶ τινὲς ὡς ὅτι οἱ αὐτοχράτερις, ἀλλὰ καὶ ἡμεῖς οἱ ὑπατωχότες διφροφορέσθαι. Inde & nunc non Imperatores, sed nos quoq; quis Consulatum geffimus sella (operta) vehimur. Alioquin mollior habita ea lessio, vel supra mulieres delicias, ac tantum non vitio versa eidem Claudio, nisi quatenus infirmitate corporis excusabatur, V. Dionem. Hodie nobis frequenterissima: ac sine adjuncto seggiola, hoc est sellula, aut sedecula, & andare in seggiola. Pergit Suetonius d. cap. 6. Ac deficientibus lecticarijs cum descendisset, &c. Vocat lectorarios etiam eos, qui sellæ subiuncti forent, communis nomine tam eorum, qui lectoriam succollarerent, quam qui sellam veherent. Noluerunt sellarios appellare, cuius vocis alias est. V. Lips. eo loco. Mentio lectoriorum l. 47. de legatis 3. & Paulo 3. Ient. 7. atq. hi ferme serui. Pignorium adi erudito opere de seruis pag. mihi 130. & 208. Lips. ibid. sella circumlatas foeminas, & quidem a lectorarijs docet Sen. 2. 14. de tranquill. Quid refers quantum habeat, quos lectorarios, quam oneratas aures, quam laxam sellam. Et arctiores enim, & laxiores sellæ pro diuitiarum modo; sic paucioribus, sic pluribus opus, qui veherent. Quare Hexaphoros, gestatorium, quod sexta ceruice, (vt vates loquitur) ferri solebat, tam de lectoria, quam de sella, aut cathedra usurparur: alias duo gestores sellæ sufficiebant. V. Lips. ibid. de Ogulnia Iuuenal. sat. 6.

*Conducit comitem, sellam, cervical, amicas.*

Alia duo Senecæ testimonia profert idem Criticorum maximus. Ad do Lamprid. Heliogab. 15. *Avia sua ad senatum vocata, & ad sellam, produeta, vbi Salmas. Perducta legit; perducere ad sellam, pro sella perducere. Sic nos condurre a cavallo: andare, e condurre a piedi; ad equum, ad pedes, pro, equo, vel pedibus, &c. At nomen Cathedræ, et si commune ad omne sedium genus, speciatim ad mulieres sellas traducunt, quo respectu Iuuenal. eā satyra, molles appellavit cathedras,* Mart. 3. 63.

*Inter foamineas soror qui luce cathedras*

*Desider. Phœdrus 5. In cathedra matris.*

De Aria inuicti animi foemina Plin. 3. ep. 16. *Dum hec dixit; exilias cathed-*

cathedram, aduersoq; parieti caput ingenti impetu impedit. Proprius  
4. eleg. 5.

*Supplex ille sedet, posita tu scribe cathedra.*

*Quid liber, has artes si paucet ille, tenes.*

Ad quem locum fusa, ut solet illustratione Passeratius: ex quo proficit Pignor. de seruis pag. mihi 210. quod verò vterq. apud Horatium lib. 1. satyr. vlt. probat.

*Discipulorum inter inbeo plorare cathedras.*

Non tam mihi certum est, quin placuerit pro sequiori sexu virilem reponere, legendo *Inter discipulorum*, &c. Serui, vel pueri, qui has cathedras gerebant, ab officio *Cathedralaryi*: sed & *Lecticaryi*, ut diximus. Alij sunt ab his *Cathedralarijs* iij, quos *Martialis* 10. 13. vocat *Cathedralicios*.

*Cum Cathedralicos portet tibi rheda ministros.*

Delicatos s. ac teneros, quasi femellas, non viros. V. illic Rader. & Turneb. aduersar. 30. 30. nisi malis, quoniam in cathedra sedentes intra rhedam posita vehebantur. Arrideret & *Cathedralicos* expōnere, quoniam assidui, atque officiosi circa mulierum cathedras præsto forent, neq; ab earum cathedra, aut lectica recederent, quales vocamus *Paggi di Valigia*, qui fermè molli, ac delicato cultu. Sed quando foeminarum est libenter prodire, ac per urbem circumferri, ut ambitiosè spectentur: quæ ambulatrices proinde, ac securuleiz nonnunquam audire solent; non miror in sellis à foeminis parum cunctoditæ pudicitæ venereoſ fuisse expectatos aduentores. Iamdiū ad Plautum adnotarunt viri docti: locus est in *Pœnulo* actu 1. sc. 2. vbi *Adelphasium* meretrix cærera suæ artis viliora capita *Proſedas* vocat à proſedendo, quoniam ante lupanaria, & fornices ſedeant, veluti ſpecimine appofito, quo licitatores inuitent. Paul. ex *Festo*, *Proſedas*, *Meretrices Plautus appellas*, quòd ante ſtabula ſedeant; ea ſunt autem *Plauti* verba.

*Proſedas, piſtorum amicas, reliquias alicarias*

*Miferas, cæno delibutas, ſeruſicolas ſordidas,*

*Quæ tibi oleant ſtabulum, ſtatuumq; ſellam, & ſeffibulum merum.*

Fest. *Sicut ea, quæ ante ſtabula ſedebant, dicebantur proſtibula*, in ver. *Alicaria*. Baruch 6. 42. *Mulieres autem in r̄yjs ſedentes*, &c. V. Roam 6. 6. ſing. locor. s. l. p. 2. noraq. ex Herodoto, ac Strabone. Horum trahunt, & illa Hieremias cap. 2. *Vbi non fuisti viuita? Intra viaſ ſedibus*

Q

difta

*dissi illis: Tertull. de cultu foeminarum. Thamar illa, quia se expinxerat, idcirco iusta suspicioni visa est queant sedere. Adde quæ notat Cerdæ aduersi sacr. cap. 181. de mulieribus menstruaris ad Isaïæ cap. 64. ex LXX. interpp. Iuuen. sat. 3. 135.*

*Cum tibi vestiti facies scorti placet, bares,  
Et dubitas alia Chionem deducere sella?*

Interpretari licet de sella, qua meretrix illa, cui nomen Chione altè vehebatur per urbem. Sed magis placet sellam dicere, vbi amasios maneret. Vocat forte an *Altam*, vt lupam demonstret non tam curti assis, aut vulgaris indicaturæ: ita exponerem, nec abhorret sensus, & iunctura sermonis. Verus Scholiast. ibi. *Deducere sella, inde sellaria.* Intelligit (puto) nomine *Sellaria*, vel lapanaria, vel meretrices ipsas. Altum sedile foeminae alioquin frugi, & antiquæ paupertatis tribuit Naso fragm. medicam. faciei.

*Cum matrona premens altum rubicunda sedile  
Affiduo durum pollice nebat opus.*

Vbi *altum* *sedile* exponere licet, quasi submotum, & inaccessum veteri illa pudicitiaz custodia. Quo sensu nihil minus conuenit cum Iuuenali. Vel *altum*, h. e. inconcinnæ, & incommodè factum, ijs moribus, & seculi imperitia, humiliores quippe sellæ, opportunè magis, & commodæ ad quiescendum. Sunt qui pro *Sella* substituant *Cella*: quod Farnabio non displicuit, nec Pignorio de seruis p. mihi 137. qui fatetur, se nescire, quæ hic sit Alta sella, Cellamq. non inuitus reponit; vt *Alta* nempe *Cella* sit fornix. Sed cur alta vocetur sella, superius dixi; cur ita sit vocanda cella, non illicò sum dicturus. Vox enim ipsa *Cellæ* locum signat angustum, & humilem, quod notissimum, & protritum est. Idem Iuuenalis eas libidinis mansiunculas vocat *Tegenes*, opponiq. cubili Palatino sat. 6. 117.

*Ausa Palatino regerem preferre cubili.*

Quis nescit tenebris cosa, olentia, ac subterranea plerumq. fuisse eæ gurgultia obscenitatum, & latitando facta? Adeò vel auctores flagitium ipsi suum occultare cupiunt. Seneca pater controuer. lib. 1. *Fornicis fuliginem* appellat, ac filius de Vita Beata cap. 7. voluptatem describit latitantem sapientiam, ac tenebras captantem circa balnea, ac sudatoria, ac loca adilem metucentia: inter quæ omnino fornices, & luparum stabula. Quid est ergo, cur altitudinem ijs cellis, & cothurnum apponamus? Quod si liceret veteri, & iam confessæ lectioni manum in-

inferre, fortasse ex ingenio quis pro Alta, reposuerit Arcta.

*Et dubitas arcta Chionem deducere sella.*

Et arcta namq., & laxiores sellæ muliebres, quod supra docuimus: illæ magis decent scortilla sordentia, & famelica, mitera libidinis publicæ mancipia. Sed & arcta cella, nil disconuenit, potius quam altæ. Ad hunc autem sedendi morem respicere potuit Seneca i. de Benefic. cap. 9. *Rusticus, & inhumanus, & malî moris est, si quis coniugem in sella prossare vetuit, & admissis inspectöribus vehi undiq; perspiciat.* Alia vide apud VVouerium ad Petron. & Colerum parerg. cap. 8. quos laudat Taubmann, ad eum Plauti locum. Neq. tandem alienum penitus est, quod Tiberius Princeps *sellariam* excogitauerit, atque ita vocauerit in secessu Caprearum, *sedem* *arcanarum libidinum*. Suet. cap. 43. Tales, opinor, quez Plinio memorantur in domo aurea Neronis lib. 34. cap. 8. *Violentia Neronis in Urbem conuicta, & in sellarijs domus aurea disposita.* Scholia stes Iuuenalis sup. satyr. 3. 135. *Dedecere sella, inde sellaria;* hoc est lupanaria, & loca sellis meretricium consita. Popinas sellariolas vocat Martial. 5. epigr. 71. de Syrisco.

*In sellariolis vagis popinis.*

Norauit Torrent. ad eum Suetonij locum Tiberij cap. 43.

Turpitudine non ab oluo sessionem meretricizæ affinem, qua saltatriculæ, aut circulatrices foeminæ oculis sese vulgant altius in foro sedentes. De Theodora Iustiniani scribit Procop. α'ναδ. quodd lenoniam fecerit sororij dedecoris ministra, ac pedisequa: Comitonam nempe sororem in triujs, ac pulpitis *statis florem corruptem* quacunq. sequebatur, suis ipsa humeris sellam, siue scabellum ferens, vbi eadem Comito federet? Εάθροι επὶ τῷ ὄμοι αἱ ἔφερε, ἵνα πέπιστοι εἰ τοῖς ξυλλόγοις καθηδαὶ εἴσιν. Scamnum humeris semper ferebas, in quo illa (Comito) in congressibus sedere consueuerat. Verba sunt Procopij tota illic probrorum plausta euomentis in Theodoram Imperatricem pag. 41. β' θρονος vocat eam sedem historicus, quam Nicol. Alemannus in notis pag. 31. *subsellium* vertit, atque inter οὐλαδίας reponit, sedium genus plicatilium, de quibus nos infra cap. 26. Quem morem circumferendi eas sellas paulò post tempora Procopij cur desisse dicat, non video. Cùm adhuc hodie in comitatu Principum, ac diuitium ex sellulæ plicatiles circumferantur; ferme tripodes, nunc laxari, nunc contrahi faciles.

Viri quoq. in foro, aut alibi publicè mercimonia vendentes, non

tantum fœminæ, quæ pudorem, ac pudicitiam, sellarum usi præsidio. Hinc noui foederis paginâ apud D. Matth. cap. 21. Christus Dominus, *Cathedras vendentium columbas exerit.* Scio hæc verba ad mysticum sensum trahi ab antiquis patribus Hieronymo, & Ambrosio: neque tamen diffitendum est suas fuisse sedeculas, aut cathedras in foro vendentibus; necessarium proinde minus est de Cathedris Doctorum intemps docentium interpretari, quas columbarum venditores occupant. V. Doctiss. Maldonatum. Fermè enim sellularij esse solent viliorum artium professores; multò autem magis sordentes propolæ, ac Dardanarij assidua mora opperientes licitatorem; quod si standum iugiter illis foret, tædio, & lassitudine marcerent. Atque hoc in causa, cur Athenis veritum, ne piscium venditores sederent: ut eo pacto citius empruientes dimitterent, ac piscis tum foret recentior, & mare saperet, tum pretia minus intenderentur à piscarijs, quos eas standi mora edomaret. Veteri lege Aristonici id sanctum, quam resert. Alexis Comicus apud Athen. lib. 6. 2.

— μὴ πωλεῖν ἔτι καθημένος  
Τὸς ἰχθυοπώλεως διὰ τίλις ἴσηνότας.  
— Ne venderent sedentes  
Piscarij, perpetuò autem stantes.

Adi Lud. Nonn. de re eib 3-6.

At communes fœminis, virisq. cathedræ, quibus gestarentur, nisi quatenus muliebres occlusæ magis, puto etiam, ornatae. V. Lips. d. lib. 1. cap. 19. elect. ac supra innuimus. A gestando, ac ferendo Gestatoria sellæ, Fertoria dicebantur, & Portatoria, ac neutro genere Fertoria. Suet. Ner. cap. 26. Interdiù quoque clam gestatoria sella delegatus in theatrum, &c. liquet fuisse opertam, ac veluti muliebrem, si clam deferebatur; quomodo de Orthone cap. 6. Quod abditus properd muliebri sella in castra contendit, & Vitell. 16. Continuò igitur abstrusus sella gestatoria, &c. Cælius Aurelianus haud semel meminit inter veteres medicos apprimè doctus, elegans, eruditus: omnino dignissimus, quem artis Asclepiadicæ terant alumni, nemo literarum amans ignoret. Loca tibi indicabo, & fidelius, & plenius, quam alij attulerint, sive Pignor. lib. de seruis, sive Barth. aduersar. Igitur tardar. passion. lib. 1. cap. 1. scripsit Cælius (si tamen is est auctor, & non I. Cælius Arrianus) Autem cibum præterea erit adhibenda gestatio, portatoria s. sella sine ruchementi mora, & ib. adhibenda igitur vestitio pro via.

ribus agrotantis Fertorio, vel sella procurata. Idem videtur esse Fertoriū, ac sella fertoria, ut inferius vocat cap. 5. sed quomodo distinguit ā sella procurata? Ego nomen generis puto Fertorium, ut populus Græcis, pro quoq. gestatorio ægris commodo, ac præcipue lecticula, in qua ad medicum olim ipsi ægrotantes portabantur. Procurata sella Barthio aduers. lib. 41. 25. est ad id commode instructa, & necessarijs omnibus curata; *Fasta à posta.* Quod ut non abnuerim, ita nil prohibeor *Procuratum expondere*, Promptam, prouisam, curatam. Sic nos, *Procurata, Pronista, &c.* Non pauca sunt in eo auctore, quæ nostris respondent: nec ignobile illinc glossarium excerpere liceat, tum ad Laniaris, tum ad Italici sermonis lucem. Idem Cæl. cap. 5. *Adhibenda gestatio, primò ex lectulo pendenti, tum etiam fertoria sella; iterumque. Primo gestatoria sella, tum vehiculo manibus acto,* & lib. 2. cap. 1. *Tum gestatione corpus mouemus pro virium modo fertoria sella sine cathedra, tum longiore vehiculo manibus acto.* Fertoriam sellam à cathedra sciungit; quasi fertoria sit communis, & vulgaris; cathedra honestior, arque instructior. Vides quot modis hasce sellas describat, ac nominet, & in usum ægrotorum producat. *Celsus lib. 2. cap. 15.* quod est de Gestatione *camnum* vocat, non sellam, in quo ægrotus gestetur. Alij veteres medici lecticas potius, quam sellas aduocant gestationis causa. Sed illæ omnino commodiores, quando in ijs promptum est aut sedere, aut decumbere, ut libuerit. Notat ex Anrhyllo, & Acri doctiss. Mercurialis gymnast. lib. 6. 10. ubi de gestatione. V. hunc & 3. 11. Sed gestatoriz mentio & 2. Macab. 3. de Heliodoro, *Eumq; multa caligine circumfusum rapuerunt, atq; in sella gestatoria positum cicerunt.* Sidon. lib. 8. ep. 8. *Eboratas curuleis, & gestotorias bracteatas.* Apparet gestotorias hasce sub auro, aut argento fuisse, bracteisq. induitas ad usum beatiorum; ponit namque inter potentum, ac nobilium sedes: ac peculiaris planè dos, ebur in Curulibus, aurum in gestatorijs. Non displicerat ramen, quod Sirmondo hic visum, non bracteatas legere, sed trabearas; illustri s. correctas, atq. instraras operimento. Respuerit toro fastidio *Trabeatas eruditiss.* Sauard. Ammian. 29. *Indefensi ad supplicium sellis gestatorys ducebantur.* Ex quo loco obseruat Pignor. de seru. p. 136. reostormentis afflictos raptari ad supplicium in ijs sellis. Addo Tacit. 15. 57. de liberta ad crucifixus retracta, *Gestamine sella (nam dissolutis membris insistere nequibas)* *vixio fascia, &c.* Pro sede Apostolica, aut Pontificia posuit Ennodius,

guem

quem laudat Sauaro, nunc ad gestoriam sellam apostolice confessionis, vel admissum lemnia candidatos. Forte, quoniam ea ipsa gestabatur Pontifex, & mox conquietens admittebat candidatos. Tacit.lib. 11. ann. cap. 33. In eodem gestamine sedem poscit, sumisque. Vbi summus enarrator Lipf. Gestamen, exponit sellam gestoriam. Non video qui assentiar statim inclito viro. Gestamen namq., tum de sella, tum de lectica (Græcis aptè θόρηον), tum de vehiculo exponas. Sed quoniam sella gestatoria à Claudio in usum deducta primū fuit; eamne ipsam fuisse credidit Lipsius, in qua Narcissus libertus (de quo ib. Tacit.) una cum Principe Claudio sederet. Atqui disertè alibi idem Historicus demonstrare solet quale fuerit id gestamen, ut lib. 14. cap. 4. Agripinom, &c. gestamine sella Baulos peruectam, & 15. 57. sup. ad eosdem crucias retrahere cur, gestamine sella, &c. & lib. 2. 2. de Veteri, quocies per urbes incederet lectica gestamine, &c. Enīt distinguit, nunc lecticæ, nunc sellæ gestamen. At lib. x. infinitè loquitur, atq. in incerto relinquit, contentus dicere, In eodem gestamine; seu vehiculum, seu sella fuerit: non enim lectica, quoniam illuc iacebat; Narcissus autem in eodem gestamine sedem poscit, sumisque, quomodo Tacitus narrat. Est igitur gestamen non unius significatus, quemadmodum gestariorum Ver. gloss. Ml. Gestatorium, instrumentum quo quis portans. Aduertit quoque Lipsius in uno gestamine plures fuisse sellas: quod idem est eius verbis, ac in una sella gestatoria plures alias fuisse sellas, quoniam Claudio, ac Narcissus simul sederunt eodem gestamine. Imò namq. (nisi absurdè concipio mentem Taciti) etiam quatuor in eodem gestamine confidere potuerunt: Claudio, & Narcissus, ut diximus; itemq. L. Vitellius, & P. Largus comites eiusdem Claudi, à quibus (nendum in urbem vehitur ad paenitentiam à L. Vitellio P. Largo Cacina mutaretur; inquit Tacitus) ideo Narcissus cauerit, in eodem gestamine sedem poscens eum Claudio; ut alloquia, & monitiones eorum præsentia suā interciperet; tanquam si ipsi quoque simul ita veherentur, ut sermones conferre mutuos, ac de re summae auctoritatis etiam in aures consulere commode possent. Sed nihil certi constituo. Quod si Lipsiana placet interpretatio gestamen illud; consimile erat nostris sedibus, quas vocamus Lettighe: nisi latiores crediderimus, vbi duo assiderent eodem latere. Ceterum lecticæ nostræ (quas verius Basternas appellare debemus) tunc opinor nondum cognitæ, cum scripsit ea Tacitus de Claudio. Saltem non

non quomodo nos hodie subiunctis mulis , aut equis ; servi enim succollabant , ac sella tum vocitata , quæ vel sex gerulis tolleretur . V. eundem Lipsium 1. elect. 19. Adcriberem itaque gestatorijs sellis nostrates basternas , quas tamen haud habuit incognitas vetus auctor epigrammatis in collectione Pithæana eleganter describens . V. Pignor. 209. de seru. qui affert , atque explicat ; Salmas. ad Lampridijs Heliogab. cap. 21. Neque alio nomine , quam sellæ has ipsas basternas (nisi fallor) iudicavit Tertull. lib. 2. ad vxor, *Vnde nisi à diabolo maritum petant bonum exhibenda selle , & mulibus . Iungit igitur , ac subiungit mulas sellæ , ut basternam instruat .*

Num tandem gestaminis nomine apud Tacitum, Rheda , aut vehiculum duci possit , sustineo decernere: commoda alloquin , vel quatuor foret lessio , quæ incommodissima , si duo tantum considerent humeris gerulorum vecti . Insolens , inquis , & audax , si in eandem Principis sedem assessorem sese intrusit libertus . Sed insolentissima gratia valebat Narcissus apud Claudium , quod notissimum est ex historijs . Ductabatur namq. veluti bubalus naso , tum Narcissi , tum Pallantis arbitrio stupidus Princeps . Addatur occasio eius facti . Trepidabat tunc Claudius de amittendo tum imperio , tum vita solicitus : non aliam spem incoluntatis affirmat Cæsari libertus , quæm si *Ius militum uno illo die in aliquem libertorum transferret : se , seque offere suscepturus* (verba Taciti) . Rem suam agebat igitur Narcissus ; vtque in ea spe , atque officio teneret Claudium , in eandem sellam se condidit , præsertim in ea trepidatione , ac discrimine , cum licent , quæ non licent . Eo pacto tepidi iecoris , & stupendæ αβληψιας Principem callidus libertus assidua hortatione lactabat , ne propositis abscederet . Ac proinde , ne dum in urbem vebitur (Claudius) ad pœnitentiam à L. Vitellio , P. Largo Cacina mutaretur ; in eodem gestamine (Narcissus) sedem poscis , sumitque . Ceterum gestoriam sellam uni tantum vehendo apram alloquin crederem , quomodo utimur hodie : si plurium olim capax , minor tam siluisse scriptores . Quod si nostras hasce conjecturas , aut obseruationes , quas trepidi , & Claudio similes attulimus , quisquam non probet ; nec super adfidente Narcisso assessor nobis esse velit , sine fraude illi esto . Vtq. facilius eluere liceat , si quid in hoc capite minus purgatè scripsimus , cum his gestatorijs ad balneum iam properemus .

## CAPUT XXV.

Sella balnearis. Sellæ pertusæ : earum usus. Alueus. Solium balneare. Descensiones. Cella soliaris. Solij figura. Aquæ costiles. Concaua sedes. Sella tonsoria : eiusque figuratio expensa. Ancones. Braccioli. Sella puerpera, vel obstetricaria. Δίόπος λοχαῖος. Suidas, & Artemidorus examinati. Eius forma. Sella vnumq[ue] : quæ sponsa uehebantur.

**I**vlius Paulus lib. 3. sent. cap. 7. *Mundo muliebri legato ea cedunt, &c. item sella balnearis, &c. eodem tit. inter instrumenta balnearia ponit scamna, & hypopodia : vulgo legitur Hypodia, & Cuiacius retinuit ; sed malo hypopodia ; ita conuenit ex vocis structura. Ἑποδία, hypopodia sunt suppedanea, quæ cum scamnis merito coniungit I. C. ac nos infra docebimus cap. 28. Hinc mentio tot sellarum in balneis publicis, siue thermis. Mille sexcentas è marmore ad usum lauantium paratas tradit Olympiodor. in excerpt. de thermis Antonini loquens, τις χρίαν λευκέων καθίδρας παρακεμένας χλίας ἵκανοσιας ε' τη μαρμάρῳ. Sedentium figuræ, quos non tam in balneis lquare, quam in gymnasijs, atque exedris dipterare credebamus, exhibentur cap. 23. Atqui de priuato balneo Sidon. 2. 2. ep. Tot possit recipere sellas, &c. Inter has quædam pertuse, quales vocat Cato de R. R. cap. 156. Cassiodor. 2. variar. 39. aperturam describens, *In absidis speciem perforatur*. Formam sellæ sup. tradidimus cap. 20. vbi de Pontificia. Nonnihil huc pertinens isthic vide. Ea autem apertura, aut cauitas in duplice usum : siue ut aqua sedenti infusa perfugium habeat paratus unde effluat : siue ut illinc ascendens vapor haurientem soueat lessorem. Notauit locum sup. in Catone, qui de feruefacto lotio agit sub pertusam sellam locando, ut inde euaporatio concipiatur. Cassiodor. d. epist. 39. Aponi fontis amoenissimam exequens descriptionem. *Iuxta caput fontis scintillosi quendam sibi meatum prouida natura reformauit. Hinc desuper sella composita, que humanis necessitatibus in absidis speciem perforatur agros suscepit interno humore defluentes : ubi dum fessi viario languore considerant, vaporis illius delectatione recreati, &c.* Hæc sella neotericis medicorum filijs Vaporarium appellari scribit Cl. Io. Rhodius ad Scribon. Larg. cap. 193.*

Acci-

Accipe sedis balnearis alias speciem, nisi manis reclinatorium, aut fulcrum appellare, vbi quidam aut innexus, aut sedens strigilem patitur mediaстini fordes destringentis, cutemque scabentis quam-  
ualentissime. Ea est apud Boissard. p. 2. vbi de thermis ex marmore  
Iulij Rotcij cum Inscriptione *Genio lacratorum Merelli.* V. n. 49. Ob-  
sernare est hic substratam vestem; qua corpus detergatur; aut ne  
incumbens elabatur scabro, ut appareat, ac rudi impositum stragulo;  
aut potius quo strigimenta eò recipiantur ad sedis munditatem. Inter  
balneares sedes repono quoque *solum* quod dixere aut *Alveum*. Fest.  
in folio, siue sollo. *Aluei* quoq; lauandi gratia instituti, quò singuli de-  
scendunt. *Solba* dicuntur, que à sedendo potius dicta videntur, quam à sollo;  
quarum agnoscuntur grammatici verba non puto sanissima: mederer, *In quos*  
*singuli descendunt*. Sic Plinio 20. 17. vocatur *Descensio*, vbi de hera-  
clio herba, *ad scabiem, pruriginem, psorias in descensione balnearum.* Ne-  
pos illius elegantissima epistola ad Apollinarem in descriptione villæ  
Tusculanæ, vbi de cella caldaria, *prominent enim in hac tres descensio-*  
*nnes, &c.* lib. 5. 6. Scaliger in ea Festi voce, *Solar* mauult, quam *sol-*  
*lium.* In thermis *Cellam solarem* dixit Spartan. in Caracalla cap. 9.  
Solidum id balneari plures capiebat, ut sua ætate Aruernorum anti-  
stes, describit Sidonius, qui formam illi *semiotundam*, capacemq;  
tribuit in ea elegantissima epist. 2. libri secundi, *Excepto Solij capacis*  
*hemicyclo;* iterumque appellat *Sigma*, figura nempe stibadij triclinia-  
ris, quod tunc in vñ ad discubentium plures recipiendos. *Tot possit*  
*recipere sellas, quos solij sigma personas.* Est sigma arcus, aut semicircu-  
lus, Græci elementi sigma imitatione. V. Sauar. ad hunc locum; Lips.  
antiq. lext. 3. 1. Salmas. ad Lamprid. Heliogab. cap. 19. Hoc autem  
solium, aut sigma collocat Sidon. in cella caldaria, siue ut ille vocat  
*Aquarum coëstium.* At in cella frigidaria, non solium, sed sellas vo-  
cat; totidemq. in hac statui iubet, quot personas recipiebat in calda-  
ria hemicyclium: quasi equidem apparatus, aut commoditas maior  
requireretur, vbi frigida lauarent, distinctis cuique sedibus, quam vbi  
misiunt in solio caldariæ souterentur. Propriè namque solium in cal-  
daria, aut tepidaria cella. V. Lucian. in Hippia. Eiusdem formæ in-  
tuitu concavam sedem alijs dixit Sidonius, quod idem est ac Hem-  
icyclium, aut sigma 2. ep. 2. *In concava Municipij Camerini sede com-*  
*pressus.* At frigidaria Græcis κολυμβήθρα à natando, Latinis *Piscina.*  
- Lamprid. in Severo, ut *Caldaria, vel nunquam, vel raro, piscina semper*

ueretur. Addo Vopiscum in Carino cap. i seqq; in pistrina usus effet. Salmas. ibid. Dubius hæreō, num pro solō ad lotionem accipiam vera ba Catonis R. R. cap. ro; vbi villarica præscribit vtenilia, quibus rusticorum cata instruatur Scabilla tria, Sellæ quatuor, Solæ duo, lectum in cubiculo unum, &c. Ponit namque solium in supellectile: ac meo iudicio sedem intelligit rudem è ligno toram, nulla compage, atq. ornatu, proceræ forsan staturæ, ac firmius hærentem; à sellis subinde distinguens, vbi nonnullum artificium, & minor moles, ad portatus commodior. Vix est enim, vt solum pro vase intelligam, vbi artus fessos, agrestique opere puluerulentos eluat; collectisq. ad trapetem, & lacum fæcibus, fracibusq. emundet. Qui tantus soliori, aut aratori ad lauandum apparatus? Rimofus testæ fundus, aut gallosum labrum, ne dicam grunnientium aqualiculus pro omni solio ad manus, pedumque breuem manditum illi est. Quod si laurius, aut purius torum se diluat, non deest collectus virginis riuis, aut imbris in via conceptabulum, vel amnicus tandem gurges, vbi vel pécudes, vel feræ & aquantur, & lauant.

Sed cum solio, & aqua, ne diutius mihi clepsydra effluat, rehicit balnearibus in alias immigro sedes: quarum tamen & cum balneis, atq. inter se mutua est affinitas, quod curam corporis, munditum, ac somnium respiciant.

Sellæ tonsoriz ~~ex~~minit Cælius Aurelian. sive Arrian. tard. pass. lib. 2. cap. 1. Consilium dabimus, ut selli tonsori i se deant agrotantes, que sit obliquis anconibus fabricata, quibus incombentes se tenere nitantur, &c. Ex quibus verbis apparet peculiaris structuræ, & satis tunc cognitæ fuisse hanc sedem tonsoriam. Ancones autem sunt fulcra, vbi brachia reclinamus, nobis Braccinoli, de quibus inf. cap. 30. Libet autem Aurelianus, vt hæc sella tonsoria, in qua collocantur paralyti affecti obliquos, non rectos habeant ancones. Crediderim itaque figuratam sic fuisse hanc sellam, vt fulcrum, aut pluteus, in quem dorso incumbimus, non assurget supra caput sessoris, ne opus impediretur illius, quo rontente grauis iuueni barba personat. Eamque ob rem humilis foret sella, vt opportunior eiusdem imperio subijceretur. Obliqui autem Ancones i sunt, qui non ad angulum normalem sunt infixi, & hærentes, sed à summo pluteo sensim in pronum deuergentes acutum constituunt. Ea quippe figuratio aptissima, vt sedentes agroti innitantur, atque incumbant toto brachio: quod pariter à natura

vera ita factum est, ut ab humeris in recline flectantur. Id autem non contingere, si ancones recta secarent impacti pluteo, vel arrectarijs sellæ tigillis. Haud absimiles (opinor) nostræ sedes plicatiles antiquioris consuetudinis, quibus latior Zona profukro humerorum, nec supra ceruices sedentium produktior. Ancones vero (vti dicebamus) in summo crassiores paulatim gracilescunt, ac descendunt, molliter in medio sinuosi, irerumq. paulò exantes resima extremitate: sic enim radius, vlna, manus, quam apertissime incurvibunt.

Pudeat eas sellas præterire, quibus nascendi sortem debemus, & nostras veluti obstetricas ingratu silentio transmittere Puerperas sellas appellare possimus: quomodo Ouidius: πιθίτως Verba dixit puerpera ῥο. Metam. Obstetricias etiam satis àpre: Graci δίφρις λοχαῖς, & λοχαῖταις. Suid. λοχαῖς δίφρος, οἵ τις πρὸ τῷ τεκνῷ οὐκέ χρῶται αἱ γυναικῖς. Puerpera sella, quibus in partu mulieres utuntur. Ociosum est mihi verbū ὄψις; nisi sero tandem suisse intuentas, atq. adhibitas, olim incognitas sentiat Suidas. An forte insinuerit alijs sellis usitate suisse primū utero gerentes, aut parturientes, ne mortu, aut succus su venter laboraret: alijs (ὄψις) ultimō, ac tandem in ipso enitendis, aut partitionis actu, quas λοχαῖται dixerit. Ante Suidam Artemidorus, Daldian. de somniis cœntribus somniis, iisdem verbis, quibus Suidas excepto τῷ αὐτῷ. Visa est multib[us] quasdam, quæ filios tibi gigni optabat videre δίφρις λοχαῖται (obstetricarias, seu puerperas) οἵ τις πρὸ τῷ τεκνῷ χρῶται αἱ γυναικῖς, quibus ad parandum utuntur fæmine, &c. quanquam hæc verba (opinor) à manu glossographi in textum irrupere, cum οὐδὲ δίφρις λοχαῖται nominauerit Artemidorus, Omiroscopum, non Grammaticum agens, quid erat, cur subiiceret, quibus utuntur fæmine in pariendo? An credimus generali nomine suisse appellatas λοχαῖtes sellas quascunq;, vbi intor sedendum, atq. iacendum recumbitus, atque adeo non soli puerparum usui destinatas? Opinatio mea fauerit Hesych. qui à reclinando, atq. incumbendo vocitatas moneret, quoniam in ijs puerpera reclinis iaceret λοχαῖος, κλπόμενος, & λοχαῖος δίφρος, quoniam ibi λοχαῖtæ reclinatur. Ut non immerito apud Artemidorum addita sit ea verbi explicatio, ne quis eas sellas de alijs, quām de puerparum accipiat. Antiquam illarum figurā saltim apud Orientales adnotare est, dum rotæ figuli assimilantur. Quare Hebreis Hauman appellatur בְּנֵי נָתָן cap. 1. Exodi. Eam autem rotam ex duobus

*bis lapidibus veluti molaribus; ac rotundis compingebant, quorum superior, ac minor moueretur in gyrum, inferior & maior immotus considereret.* Est autem Haounaim rota figuli: cuius mentio Hieremias 18.3. Omnia cōsule Lexicon Chaldaic. Io. Buxtorfij p. 2319. & 2561;

Sed ille tamen oblatam salebram minimē submouet: in qua dum h̄ereo, opportune bonus mihi faret Mercurius, cūm per hosce æstiuos dies Florentiae immorantem consulo doctissimum, atq. eruditiss. B. Erbellottum, dedit cui (Nasonis loquar Musa)

— centum Dens ora sonantia linguis

Ingeniumq; capax, rotumq; Helicona.

Tria ille me docuit orientalium præcipue linguarum, rerumq; experientissimus. Primo sellam eam perpetuam Hebræorum, non à *lapidis* voce sive *Aben*, sed potius ab altera notissima *Ben*, hoc est *Filio* deduci: quadrat aurem id parturientium sessioni, & loco Exodi aperte simile. Secundo sellam exponi posse verobiq; tam in Exodo, quam in Ieremias, illuc parturientum, hic figurorum, omni seposita rotæ similitudine: ac retento etiam communis etymo, figuram illarum placentes fuisse, quod Chaldaicus monet interpres.. Tandemq. cā formā, quā sellæ stercorariæ, aut balneares (de quibus supra cap. 20.) quo pacto à nostris, ac vulgaribus veteris levantium non dissident. Hæc sine mora edidit Erbellottus, eum festinanter sciscitare (& si fufilis ille, prolatisq; rationibus, ac testimonijs) raptim Bononiam mitrenda ad interpellantem librarium, ac puluītlos iam iam quartientem fuligineos, ut easpe imprimat.

Sed quoniam puerperarum sellas producere non piguit, νυφικὰς in hoc coniugiunq; vocare liecat, quibus nouæ nuptæ in maritam dominum transuehebantur meminit Hesych. in ἀλητίς, vocatq. νυφικάσ καθέδρας, παριαλε sellam, quam in citru locatam ἐπὶ τὸν μαζῆς monet. Sc. Pollux 10. γ. κλησὶς ἔχειστο τὸν ἐπὶ τὸν μαζῆς καθεστωμένον, ὅταν μετίστοι ταῖς νύμφας, ἵψε τὸν καθησταῖται τὸν παρόχον, καὶ τὸν νυφόν. Clavis appellatur, quod currui inferni sunt, cā sponsas transuebant, ubi sponsa inter parochum, & sponsum sedis. De sponsæ traductione in domum viri Brisson. i. select. cap. 18. & de ritu nupt. Sed poterat non omittere hunc ritum transuehendi in citru. De sella nuptiali, cui iniecta pellis lanata. V. Fest. In pelle lanata. Et. Sertu. ad Virg. qui duas sellas ingatas appellat, ubi Flamen, & Flaminica in nuptijs cōsiderabat, ac nos inf. cap. 31.

C A-

## C A P V T X X V I.

*Sella ad usum medicum. Scamnum Hippocraticum. Sella podagrifica nulla veteribus mentio: magnus hodie usus. Sella Familiarica, Patrocliana. Sella, aut cathedra cubiculares. Sella circa lectos. Sella plicatiles, aut flexiles: ὀχλαδίαι; in publicum gestata à pueris. Synesio lux, & versio examinata. Pollux istidem perpensus. Scranne. Cilcranne. Dantches Poeta explicatus. Sedere a scranna, sedere à banco.*

**I**nter cætera, quæ medicis famulantur usibus, scamna, ac sedes tanquam necessariam supellestilem ponimus. Cels. 8. 10. *Homo collocatur alto sedili; medicus autem humiliore aduersus. Hippocrates lib. π. int̄p̄ος* (si tamen genuinus est ille liber) *medici officinam instruens, iubet illic sedes apparari, & quidem ὁμαλὺς οἴνος ἵψησθε ὅτι μελυσσα, δπως κατ' αὐτὸς ων, quā id fieri possit aequales altitudine, ut in ipsis (ægri) collocentur.* Notissimum est chirurgorum ministerijs scamnum Hippocraticum, cuius figuram producit, arque examinat Scultetus in armamentario, quem vide. Sellam Thessaliticam, cuius idem meminit diuinus senex infra attentè, ac pensiculatè exploramus. De fertoria, aut gestatoria ad ægrotantium curationem plescula superiorius cap. 24.

Peruellem hic, vt ullus podagrificam sellam veteribus descriptam, aut memoratam indicaret: cuius hodie tam validus, tam creber usus in magna debacchantis luxus, fluentisque delicijs virtè optimatur. Nolim disceprare, num infrequens magis fuerit apud antiquos podagra: num ea foeminæ tentatæ fuerint, vel ipso ævo Hippocratis; quade re Sen. ep. 95. nostris temporibus potentium, ac diuitium epidemia est. Dicam cum eodem Seneca multos morbos multa fercula fecerunt, iterumq. Nunc verò quam longè processerunt mala valeudinis? Has usuras volupratum pendimus ultra modum, fasque concupitarum. Nil igitur mirum, si multæ quoque ad podagricorum leuamen sellæ quotidie compingantur; laxiores illæ, & molli vnde cuncte farto, vt distorti artus, & carnifices pedes inoffensi conquiescant. Quæ apposito suppedaneo, subiunctisque rotulis in quamcunque partem versatiles, ab ipso manibus, pedibusque capro lessore, quasi automatas facile impellantur. Sed bonum factum; quod sellæ operosioris sumptus

ptus proletarios, atque inopes non afficiat; sed in domibus versetur,  
quas purpura, & aurum operit, vbi lues hæc crapulæ filia, atque ocij  
alumna succrescit. Sic nos quondam ludebantus.

*Dira lues, sortor, gladius, crux fusa per artus*

*Immane est quantum scula nostra noget!*

*Sepius illa pesens lectos, sellasque potentum,*

*Quos gula supplancat, debilitasque Venus.*

*Non paleam, lanam, pultem sub paupere tigne,*

*Siccus ubi squalor, lar brevis, arca vacans.*

Non tam familiariter tecum ago lector honestissime, ut Familiaricas, vel Patroclianas sellas hic tibi apponere, aut describere institua. Non rara tamen illarum mentio apud veteres: nec viri docti refutent loqui, vbi usus postulavit. Hinc *Sella ǣsthwē* dictæ, & *Infellare*. Cassiodor. 2. 39. *Humanis necessitatibus* dixit. Post alios Cuiacium tibi indico 10. 18. obseru. ac plenius Ioan. Rhodium in suo lexico Scriboniano. Plura supersedeo proferre de hac sede tui Lector hororis cauſa.

Sed quando familiaribus abstinemus sellis, domesticas saltim non-nullas etiam breviter adnotare ne pigeat. Inter ea, quæ domum vniuersè instruunt, cubiculum præcipue ornant, tum inquilinis, tum aduenis commoditatem præbent, sellas, siue cathedras agnoscimus, ac meritò enumerat Pollux lib. 10. cap. 11. siue π. ἡ τὴ κοιλῶν παραμίνων, h. e. de ijs, que cubiculo inserviunt. Atque has libentius vocarunt *Cathedras*, quoniam eo nomine quæ magis cultæ, splendidæ, elegantes definiri solent. Sen. 1. 9. de clem. *Dimissisq; omnibus de cubiculo* (loquitur de Augusto) *cum alteram Cinna ponit cathedram iussisset*. Plinius recitaturus amicis intra domum suam, *Positis ante lectos cathedris amicos collocaui* 8. ep. 21. Idemq. de Aria. lib. 3. ep. 16. *Dum hac dicit exiluit cathedram, &c.* Idem 2. 17. *Lectura, & duas cathedras capis;* de quodam cubiculo loquens. Rusticorum quoque cubiculis suas præscribit sellas. Cato de R. R. c. 10. *Scamnum in cubiculo unum, sequillia tria, sellas quatuor.* Spartan. in Adrian. c. 23, *In sedili Regio inixa lectum posito, &c.* Circum lectos autem fuisse positas cathedras, aut sedilia obleruat Magnus Casaubonus; suiq. commentarij fidem aduocat. De lectis, & ueste stragula; iterumque ad Lampridij Heliogab. cap. 19. ijs verbis, *In commentario nostro de lectis, & stragula veterum ueste, quem brevi edituri sumus, &c.* Sed videre mihi non licuit, cuban-

tem

tēm adhuc (opinor) in pluteis, nec publicē compotem lucis. Nullus dubito, quin plena, & accurata (vt solet) eruditione philologicam hanc partem adornauerit vir insignis. Interim promo tibi locum Gellij 9. 10. Offendimus eum cubantem in Scimpodio Graciensi circum undique sedentibus multis, & Plini sup. 8. 21. Positis ante lectos cathedris, &c. & 2. 17. Lectum, & duas cathedras capis. Huc relpicit Iuuen. sat. 7. 105. loquens de historico.

*Sed genus ignavum, quod lecto gaudet, & umbra.*

Lectum intelligo lucubratorū, qui Græcis σκιμπας, & σκιμπόδιον, item σιλδιον: qua vocē utitur Plin. epist. 5. 6. σκιμπας Suidæ exponitur & Grabatus, & scamnum: quasi sedes quoq., aut cathedra philosophantium. Dumq. ex auctoritate Aristophanis ιπὸν σκιμπόδια sacrum scimpoda appellatum tradit: ita explicat quasi φιλοσόφων καθίδραι. V. nonnulla sup. cap. 23.

Neque ē sedentariæ supellectilis censu ea sellula amouenda omnium (vt ita dicam) horarum, & locorum, quam Plicatilem, aut Flexilem dicere possumus: Græci σκλαδίαν vocant. Haud absimilis, quam viri Principes in agrum, aut venationem egredientes, secum gestari iubent, vt quacunq. libuerit, illic considerent: prompto aduerius laetitudinem adiumento, commoditatisque haud exiguo praefatio, dum manualis hic, & subirarius suggestus momento apparatur. Parua, ac leuis sarcina, plerumque tripes, ac figurā triquetra, simpli ei obrenlo corio, aut loramento in se complicata, & conclusa à quo- uis facile geritur. Sellam Romanis diuītibus in comitatu ponit Iuuen. 7. 142.

— — — *ex post te sella, togati  
Ante pedes, &c.*

Martial. 2. 57.

*Quem grex togatus sequitur, & capillatus,  
Recensq; sella.*

V. & 10. epigr. 10. Suet. Domit. c. 2. De Atheniensibus restatur Athenæus lib. 12. cap. 1. qui de Atheniensium diu tum luxu, ac molitie loquens, σκλαδίας 21. inquit, δύτοις δίφρες ἔφοροι οἱ παιδες, ήτα μὲν καθίζουσι, οὓς ἵτυχεν. Complicatis ipsi sellas ferebant pueri, ne ubinis, ac temere sederent. Hesychius, qui illinc hausit, disertius monet eas à famulis suisse gestatas, cum viri potentes, ac diuites in fo-

forum, aut concionem itarent. πλυνθός δίφρος ταπερός, ἐν δι αὐτῷ λεβοὶ φέρονται τοῖς ταῖς αὐγοράς ἐξεῖσι πλησίοις. Plicatilis sella humilis, quam famuli gestant ex eundemibus in foro Dominis. αὐγοράς capio, non tam de foris iudicarijs, aut concionibus, quām de vernalibus. Aristophan. equit. act. 5. sc. 2. extremā, & sellæ, & pueri baiulantis meminit: vbi à Scholiaсте describitur δίφρος πόλει ἐρτενόμων, πόλει δέ συγελλόδημων, Sella que modò explicatur, modò contrahitur. Synesius oratione de regno p. mihi gr. lat. 23. σκιμποδίσκος ὀχλαδίας, Cathedras plicatiles nobis memorat, quas serui Scythæ humeris gestant, ut illic domini sedeant ἐν ταῖς αὐγαῖς, in publicis vīs. Sic Theodora, dein Imperatrix, & vxor Iustiniani scabellum humeris impositum ferebat, vbi Comitona soror in foris ludicram faciens artem conquiesceret, Procopio teste hist. αὐτοῦ diximus supra cap. 24. Non est autem, quod ad eum auctorem in notis p. 31. Nicolaus Alemannus pro αὐγαῖς malit αὐγοράς in ea oratione Synesij; neque n. bene exprimitur vīs sellæ plicatilis, si in forum vel αὐγοράς, ac si in αὐγαῖς, viam s. publicam, aut compitum, aut viciniam à famulis gestetur, ut illic ad vitandam lassitudinem prædiuites ledeant. Athenæo, & Procopio αὐγοράς vocare placuit: Synesio αὐγαῖς. Ne pigrat adire ad uberrima notata Iacobi Gothofredi ad Cod. Th. de viu sellarum, cum quo gauisus sum σωμίμπλωσι examinis intercessisse: nonnulla ibi de hac sella ὀχλαδία. Penè autem miror apud eundem Synesium σκιμποδίσκος ὀχλαδίας latinè redi grabbatulos plicatiles. Ersi namque σκιμποδίον, & σκιμποδίσκος non male vertatur lectulus, aut grabbatulus; in subiecto tamen auctoris loco non de discubitu, sed de sessione agitur, ut dominis s. licet καθίζεσθαι, publicè autem tum aptior, tum honestior sella, quām lectulus ad sedendum. Neque illud quoq. insolens, ut σκιμποδίσκος pro scamno, & cathedra exponatur, quod fecit Suidas, aduertitq. doctissimus Perauius in notis Synesianis p. 13. Lipsum (opinor) αὐτούμων carpens, qui aliter considererit. Et tamen non abstinuit idem Perauius retinere Grabbatulos, suo se interdicto veluti feriens. Sed meo puncto aptius illuc vertas σκιμποδίσκος, sellulas, vel scabella, quām grabbatulos, aut lecticias ad sedendum publicè. Non tamen pro portento habeo in lectulis sedere, ut inf. monebitus. Cæterū fermè suo nomine αὐτούμων vocati, qui ferebant serui, ut hīc Synesio, atq. Hesychio; quos lecticos non incommodè dixeris, etiam si non lecticam, sed sellam bainent.

lent. V. Lips. i. elect. 19. Peculiari vocabulo διφροφόρος apud Persas ab hoc munere, & officio sedis regia ferendæ, pedissequi us quidam, aut stipator, qui nunquam recedebat à comitatu, sed εἰς τὸ τίπετον, ad hoc sequebatur, ut inquit Athen. lib. 12. cap. 2. superius indicauimus cap. 13. Huius autem ὀκλαδίου, aut sellæ plicatilis meminit quoq. Pollux lib. 3. cap. 13. & 10. 11. ubi ὀκλαδία, non ὀκλαδία legendum est, quod Seberus aduertit, & ante illum Leopard. emend. 2. 8. Vocatur namque Græcis simpliciter ὄκλαδίας, supple διφρος, aut Θρόνος: & cum adjuncto ὀκλαδίας διφρος. Nobis Scranna, e Ciscranna, quæ ita nunc plicantur, nunc panduntur: sedile claris viris, & honore præditis olim tributum apud nos paret, vel ex eo Dantibus loco Paradisi cant. 89.

*Or tu chi se', che vuoi sedere à scranna,  
ac si dixerit. Tu nunc quis es, qui præfle, & iudicare audes? Quasi  
illæ sedes Magistratibus deberentur. Haud penitus dissimiles ab anti-  
quis curulibus. Sed libentius interpretor, sedere à scranna, h. e. ad  
scamna, corrupta voce, & inserta R. à nostro popello, cui non insolu-  
lens hirrire. Sic Trono, e Intronare pro Tuono, & intuonare: Fustis,  
Frusta; Genista, genestra; ballista, balestra; & alia hoc genus. Est autem  
sedere ad scamna, Ius dicere, præfle, honore fungi: quoniam men-  
sa, aut scamnum, magistratibus, aut Præfectis apponi soler sedenti-  
bus. Hinc sedere à Desco, e sedere à banco, quod Dantibus, ac vetustiori-  
bus sedere à scranna. V. sup. de scaminis, ac sublellijs. At Ciscranna  
(ut existimo) sedes illa, de qua dicebamus: fauetq. interim etymo  
nistro, quasi Cis scamna, quoniam ab interiori parte locabatur ijs,  
qui ad scamna sedebant.*



## C A P V T X X V I I .

*Sella duosxēis.* Sanior Polluci interpretatio redditā. *Sella compactilis,* opus Dædali. *δίπος θισταλικὸς.* Sedes Thessalica, & accuratè de ea. *Polluci iterum, & Athenæ lux.* Hippocrates non incuriosè animaduersus. Galenus, Eriotamus: huinsdem versio parum alterta. *Colos Theffalicus.* *Pollux emendatus.* *Sella Thessalica, dñum generum.* *χλισμὸς,* *sella herorum.* *ἀνάλιθος θρόνος.* *ἀγαλησμὸς,* *ἀνάλιθος,* *ἐπίλιθος,* &c. *Accubita,* Accubationes, Accubitalia. *Anaclinterium,* Spalliera. *χλισκαθέδριος:* lectisella, lecticashedra. *Sella procurata.* *Sella περιπλος,* versatilis. *Selopia;* Throcus. *Thocus.* *Festus coniecturis fultus.* Siege roulant. *Diphramaxium.* *Harmocathedrium.* *Lecti ad sedendum, & orandum.*

**N**E ab itinere penitus aberremus, Pollucem adhuc sequamur nostrum, qui de sellis plicatilibus eo lib. i.e. cap. ii. scripsit, *δυσοχῆς ē, Φερεράτης ἀγαθοῖς εἰρημένοι.* Interpres verit, sunt vectu difficultes, quarum Pherecrates in Bonis meminit. Quomodo vectu difficultes, si passim à pueris dominum sequentibus ferebantur? Sique complicatiles, atque exiles, vti eas describunt? Quid est tandem hoc *δυσοχῆς*, insolens verbum, quo rem Vectu difficultem expoununt? Aut igitur non ex sua persona loquitur Pollux, sed Pherecrates in Bonis (titulus libri, aut fabulae) suo studens proposito ita appellauit: atque adeò vertendūm, *δυσοχῆς Pherecrati in Bonis appellata;* non vero quodd ita ex suo sensu agnoscat Pollux. Aut potius vitium hīc, & luxatio aliqua cubat: nec nouum in hoc ipso auctore. Indiger profectō bonus hic Pollux Castore aliquo Critico, qui fraterni defectus obscuritatem felici lumine suppletat. Crucem sāpē ille figit legentibus confusaneā nomenclaturā, & vocum conseminio, auctorumque, quos laudat cīnno, ac mistura. Quo circa *δυσοχῆς* malim interpretari, *seffori incommoda, aut difficultes;* quoniam angustæ, atque humiles, vt diximus: atque ita agendi potius formā, quam pariendi. Hesychius ὄχεοντες, ē *ἀύλοις ἔχοντες,* & *ἀναδέχοντος,* In se habentes, ac recipientes. *δυσοχῆς* igitur ægrè atque incommodè recipiens. Aut foret consultiū Pollucem aliter interpungere, & post ὄχλαδια δο *δίπος* apponere *στρυμων'*: hac tenus vt enumerauit Pollux varia

sel.

sellarum nomina. Deinde δυσοχεῖς, &c. vsq. ad Εὐπόλιδος pertinēant ad sellas Thessalicas, de quibus mox agemus; atque ita omni discrepantiā, vel ἀταξίᾳ magnum Grammatistam expediuemus: quod locum illius attente percurrentibus liquebit facile.

Illud neutriquam grauabor adiungere ( indicinam debo eidem Leopardo) ac refert Pausanias in Atticis inter donaria Mineruæ Polliados, & quidem vetusta, & αἰξια λόγῳ fuisse id genus sellæ compactilis, opus ingeniosissimi Dædali. δίφρος, inquit, ὄντας τοῖς Δαδάλων προίημα; Amazæus vertit *Lecticaria sella compactilis, Dadali opus.* Nihil attinebat, opinor, *Lecticariam* dicere, si fides ijs, quos supra autores laudauimus: quod verò *Compactilem* vocat, iungo dexteram. Sic quoque Hesychio πνεῦμα δίφρος vocatur. Ac sortè compactio ipsa, ac nexus (quem ignoramus qualis fuerit) miro artificio, ac singulari industria elaboratus nomen, ac pretium dedit operi, quod inter præcipua, ac spectatissima anathemata ad posteritatis commendationem, memoriamque haberetur in vrbe totius Græcizæ principe, in Fano omnium celeberrimo, numini apud Atticos Sanctissimo dicata, manu clarissimi artificis, & labore consummata. Atqui faber hic transstandi præcipue, fingendiq. ligni peritissimus; vnde & *Dedala* ipsis Græcis signa, atque opera lignea; quod idem Pausan. lib. 9. siue in Boeoticis scripsit.

Sed iam Thessalicæ incumbamus sedi, de qua Crítias Poeta apud Athen. I. 22.

Θεσσαλικὸς δὲ θρόνος γύναι τρυφερῶτά την ἐδρα

*Thessalicusque thronus membris mollissima sedes.*

Deliciosa prorsus agnoscit, ac sessore dignam Epicureo. Quid? Si Apollo ipse commendauit oraculo, ac Pythia voce elegante, ornataque respondit? Pollux lib. 7. cap. 26. καὶ Λίσσοι ἡ Θεσσαλοὶ δίφροι. διὸ καὶ οὐ ποθεν εἴη, Θεσσαλὶ ποικίλε δίφρε. Pulcherissima sedes Thessalica. quare & Pythia inquit, O' Thessala sedes ornata. Cùm igitur ab elegantia, tum à commoditate laudatur hæc sedes: quod structuræ ratione (vt opinor) materieque artificio aprissimam, deliciosissimamq. insidenti quietem præberet. Quadrupedem fuisse idem Pollux subiicit, δίφρος θεσσαλικὸς, στράπατος. Selle Thessalica quadrupedes. Meminit huiuscem sellæ & Hippocrates libro de articulis; cuius verba luxati brachij curationem spectant. Inter cætera autem instrumenta, quorum præsidio artus in sedem suam redeant, sedem

Thessalicam ægris proponit, si recens sit exarticulatio,  $\pi\tau\alpha\rho\delta$   $\infty$   
 $\tau\circ\lambda\omega\mu\alpha$ . Iubet igitur περὶ μέγα ἴδος Θεσσαλικὸν σταυρόζειν.  
 Super magna sede Thessatica vim adhiberi. Quod verò Magnam appellat magnus Archiater, coniçimus earum sedium alias fuisse maiores,  
 minores alias, retento eodem scheme. Ac si quis aduertat totam  
 legem, seriemq. curationis in Hippocrate, vñiusque instrumenti, de-  
 præhendet sellæ Thessalicae formaturam fuisse id genus, vt sua mole,  
 ac pondere bene consistat; alto itidem anaclinterio, aut fulcro, vbi  
 æger commodè reclinare possit, & denormatum brachium impref-  
 sione facta sarcire. Quare & quadrupedes facit easdem sellas Pollux.  
 Galenus Thessalicam exponit quamcunque sedem, οἷον ἐπίκλιντρον  
 ἔχοντα, quoddam veluti reclinatorium habentem, quod nos Conspal-  
 tiera. Erotiano autem, πας γάρ δίφρος αὐγαλισμὸς ἔχων, θεατη-  
 ς παρὰ τοῖς ταλαχῖς λέγεται, quacunq; sedes anaclīsum, seu reclini-  
 natorium habens, Thessatica veteribus dicitur. Nota interim Veteribus  
 placuisse id nomen. At non bene meo iudicio Erotiani versor, qui  
 δίφρος reddidit Curru. Quid est quod currui αὐγαλισμὸς detur,  
 aut cui vñi Currus Thessalicus ad eam figurandi corporis, instauran-  
 dique articuli rationem? Ergo me fideiussore licet reddas πᾶς δίφρος,  
 &c. quacunq; sedes, non quicunq; currus, &c.

Fortè an verò Thessalica appellata est ea sedes à Thessalis, qui pri-  
 mūm inuenient, peculiari quadam figuraione, ac structura, procera  
 maximè statura, & apposito ad reclinandum dorsum adminiculo.  
 De hoc anaclinterio, aut reclinorio, dicemus post pauca. Nisi po-  
 riū Thessalica à colore Thessalico, siue purpureo dicta, vnde nomen  
 illi primitus inditum; siue lignum, siue corium eo colore imbueretur.  
 Thessalici coloris meminit Lucretius lib. 2.

---

melibeaque fulgens  
Purpura Thessalico concharum similitudo colore.

Thessalicum quoque pileum reperio, quo in theatris ad arcendum  
 solem usos fuisse Senatores permisso Caligula tradit Dio lib. 59. gr.  
 l. p. mihi 645. vocans πλατεῖας Θεσσαλικὸν τρόπον. Pileas usus Thessa-  
 licis. Liquet amplam, & diffulam vmbellam fuisse; illis circumductam  
 ad prohibendam ὑλίασιν. Nomen autem hi pilei conceperint à co-  
 lore, vel ab usu gentis Thessalicae, minus vacat nunc inquirere. Iu-  
 nium consule animaduers. 2. 6. Lips. de Amphith. c. 18.

Tum laxior igitur, tum operosior (quod opinari licet) Thessalica  
hæc

hæc sella extitit, atque inde fortasse vestu difficilis, δυσοχής, si cui ita placeat apud Pollucem, sive Pherecreatem interpretari. Quod si δίφρες vocarunt etiam currus, sive illius partem, vbi tum aurigæ, tum ascensor confidebat; sique in ipsis curribus, ac vehiculis sedes locabant, quas pariter δίφρες idem appellat Pollux, non inuitus quis exponat δυσοχής, h. e. mole sua, & fabricæ ratione curribus incommodas, ac male aptas. Sed satis coniecturarum, ut aliquam mede-  
lam Polluci afferamus, qui iterum conturbat, dum exponit quid  
sint σκελιθρία, sine scabella, ἀπερ ὅστι μικροὶ τρίποδες, que sunt,  
inquit, parui Tripodes, dein sequitur Θεσσαλικοὶ δίφρες, sedes Θεσσα-  
licæ: quasi eosdem faciat, paruos Tripodes, & sellas Thessalicas.  
Sed has paulò ante fecerat quadrupedes; nunc uno minus pede. Si  
vltra perrexerimus, bipedes, & apodes periculum est ne non videa-  
mus. Sed trajectio hîc est aliqua, & luxatus locus, atque in sedem  
non tuam hæ sedes Thessalicæ migrarunt: quas auertere iam, & aue-  
here tempus est: dum placeat ante statuere non unum fuisse genus  
sedium Thessalicarum; quasdam magnas, unde μέγα ἴδες Θεσσαλ-  
ίον Hippocrati; quasdam minores, quæ forte μικροὶ τρίποδες hîc  
Polluci. Quanquam puto satius de possessione deiicerè verba, Θε-  
σσαλικοὶ δίφρες apud eundem Pollucem, quoniam prorsus illuc extita-  
ria: tunc verò congruet σωμάτεα, cum ijs quæ seqùntur, τὸ δὲ ὄρ-  
μα, &c. Mentio quippe in Euthydemio Platonis sit τὰ σκελιθρες,  
non autem sed's Thessalicæ. Perge lector me delegante ad utrum-  
que tum Philosophi, tum Grammatici locum attendendum, & tecum  
iudicabis. Poterat Siberus in notis, poterat Leopardus auctiùs vide-  
re in suis emendationibus; nec tam ociosè, ac secure has Pollucis te-  
nebrosi nebulae præterire.

Numerantur quoque inter alia σκέψην τὰ ἐν πόλει apud eundem  
Pollucem κλισμοὶ, ac melius κλισμοὶ, vt idem vocat alibi lib. 7. 26.  
h. e. sellæ cum reclinatorio. His ipsis usi olim Heroes ad mensam,  
quomodo eos pater locat poetarum Homerus; apud quem κλισμὸς  
vocatur Odyss. Δ. & K. & Iliad. Θ. Eusthat. explicat θρόνου εῖδος, sella  
genus, quod postea κλισμόν vocat, & habens τὴν κλισμόν κλι-  
τὴν Hesychio, & αὐτοκλιτος δίφρες, qui & simpliciter θρόνος. Iter-  
umq. κλισμοὶ, θρόνοι, & αὐτοκλιτος. Plutarcho iunctim in Quæst.  
Rom. δρόκλιτος θρόνος, sella reclinatoria, sive reclitorium habens  
seggia et spalliera. Idem Homerus κλισμὸν alibi appellat, de qua  
Athen.

Athen. lib. 5. cap. 6. differentiam notans ex eodem vase inter κλισμάς, & δίφρας. *Clismi*, sive reclinatoriae sellae honestioribus datæ ad mensam (quod & hodie seruatur) ac saepius illæ coniunctæ cum thronis, aut suggestis. Inde illud — Τόπος κατὰ κλισμάς τε, θρόνος sedebant super Clismis, & thronis: atque his sellis plerumque imposita stromata. Ceterum δίφραι humilioribus conuiuis sepositi. V. eundem Athenæum & 4. 8. discrimen seruatum edocentem, quis, quo loco, aut sellæ genere inter epulas adesset. Eam autem partem, in quam dorso incumbimus αἰακλισμῷ dixerunt, & ἐπίκλιστρον, & αἴακλιστρον, vel αἴακλιστρόν Hippocrates, Galenus, Plutarchus, Pollux, Eriotianus, Eustathius. Nos supra innuimus, & ad locum Hippocratis π. ἀρρε. doctiss. Foesius: qui tamen ea αἴακλιστρα Latinis *Accubita*, aut *Accubitas* vocari dum sentit, non statim consentio. Quæ enim *Accubita* Lampadio in Heliog. cap. 19. & *Accubationes*, sive *Accubitationes* ib. & in Aelio Vero Spartiani cap. 5. (vt illic mault Salmasius) non sunt fulmenta, aut administracula dorso reclinando, sed ipsiori, aut lesti, vbi coniuix discumbebant. *Cataclita* Tertull. lib. de pallio. *Accubita* etiam in Synodo Trull. V. Cuiac obs. 10. 17. eruditè Salmas. ad eum Tertullian. locum cap. 3. Haud aliter κατακλισμές Origeni, quas pro puluinariibus explices, notauitque Seldenus de Synedrijs tom. 3. pag. 286. sicuti *Accubitalia*, peristromata ipsa, & vestes, quibus Accubita insternuntur Pollio in D. Claudio cap. 14. atq. ibi Salmas. quem consule, & in eo cap. 5. Spartiani in Vero, & ad Tertull. supra de pallio. Ego *Anaclinteria*, sive *Anaclinteria* vocarem potius, quomodo Græcis αἴακλιστήρια : Latinis quoq. usurpata vox, Isidoro 19. 26. Etymol. Sed quæ κλισμοὶ à Polluce, vel αἴακλιστρα, &c. Sellæ scilicet cum anaclinterio, vnica voce apertissime Erymologici auctor expressit κλισκαθέδρα, quem vide in κλιστήρ. Nec dubitarem ego κλισκαθέδρον vocare, quod nobis est *Seggiola a spalliera*. Non incommodè tam commodæ sedis genus eam quoque appellare possumus, quæ vulgo *Seggiola da riposo*. Syllabatim namq. κλισκαθέδρον est *Lectisella*, vel *Lecticasbedra*, qualis ea quæ in meridiando tum cubatui, tum sessioni inservit, tum utrique simul, vt superius dicebamus. Inter veterum monumenta aptum nescio, quod sedile marmoreum comparet antorofus procurrens reclinando corpori, vt nec mere sedeat, nec totum iaceat.

Protuli tibi sup. cap. 27. ab Leonardo Augustino Româ missum,  
quod

quod in S. Marii seruatur. Puto id in balneis maxime adhibitum, cui affine cum suo seflore Florentiae seruatur apud Gaddios. Satis, superque operose, ne dicam Sybaritice, hasce sellas concinnatas videre est hodie, vbi caput, dorsum, femora, reclui, ac supini deponamus; coxis, cruribus incutribamus, modò extenderentes, contrahentes modò, qua volupe magis est. Anterioris namque porrigitur transilla, vel ancones, aut cubitus productiores usq. ad proceri hominis iacentis longitudinem: illic incisuræ scansim per æquos gradus, ad quas temperantur; dumque earum offendiculo, & innixu erectior, aut depresso sit sedes, perinde incumbentis corpus opportunitè conquiescit. Curiosè quid, & exquisitè compactum legimus apud Capitoliū in Pertinace cap. 8. inter vehicula, ac sedilia, quæ rarioris commoditatis artificio, digna pro suis fuere Commodo Principe; ob suavitia, ac fœditates nimium quantum incommodo Reip. ac generi humano. Verba historici ea sunt, *necnon vehicula arte fabrica noua perplexis, diuersisq; (lege, Diuisis) rotarum orbibus, & exquisitis sedilibus, nunc ad solem declinandam, nunc ad spiritus opportunatatem per vertiginem, &c.* Vocat autem sedilia exquisita, h. e. exquisitè facta, & compo- sita ad capturam commoditatis, de qua illic: quomodo sella procurata Cœlio Aureliano, de qu: sup.

Sedium versatilium τὸν περιπλανηταν δίφαν meminit Athenaeus. Sunt autem sellæ περιπλανοι, quæ circumagi possunt, aut Versatiles, quomodo id verbum Latine reddidit Vitruvius hb 5. cap. 7.

In quam tribum, aut classem referam censitor dubius ignoro et sediliū genera, quæ Sesopia, aut Esopia Festo vocantur pessime hiulco. Schedæ Vrsini ita expletæ, Sesopia in augurali, & salari carmine appellantur, quæ alias esopia pro sedilibus dicere habemus nunc in consuetudine. Plaut. Tricul. 2. 8. ex lectione Meursij exercit. crit. p. 1. cap 4.

*Quo pacto excludis queso Esopijs planius?* Hoc est, quo pacto me planius sedibus elicias? Ut idem explicat. V. eundem Festum in vulgaris editionibus post verba capitalia Seruorum dies. Dein sequitur fœdè lacerus textus, ac sesopia ipsa tam mutila, & quassata, ut ijs diutius explicandis assidere sine magno ruinose interpretationis periculo vix queam. Quòd si auguralibus libris, aut salivrum carminibus sesopia ea memorata narrantur, fortasse ad viam aliquem sacrum fuere. Aetate Festi, aut potius Verrij adhuc usurpatam fuisse eam vocem ad sedilia significanda, sed litera manus sibilanti edocemur. Notæ ad

Fe-

*Festum. Sopia, vel sesopia pro sedibus, vox nifallor inaudita. Solia potius scriberem.* Ego verò ter minimè scriberem. Cur enim monuisset nos Festus de eo verbo tanquam antiqui, aut rari usus, si *solia* legerimus? Cui nam ea vox aut abscondita, aut obsoleta, aut in arcanis sarcorum libris querenda? Plautinis Sesopijs alterum sellæ genus eidem memoratum subiungo ex Pompeo itidem Festo. *Throcum,* inquit, *sella genus habetur apud Plautum.* Sed nuspian in his, quæ superfluit Sarasinatis fabulatoris comparet id verbum. Notæ marginales ex Vert. Codd. *Thronus* substituunt. Sed cur Festus excerpisset tanquam sellæ genus, quando thronus notissimum verbum est? Alij malunt *Thracum.* Quid si *Thocum* reponamus? Ipsum s. Græcorum θώκος, sellam, in quam celeriter insilirent. Aut *Throcam* retineamus δίποτε θράσκειαν, nempe ab insiliendo, siue à trocho, hoc est rota, quod rotis fuerit imposita, quomodo hodie nonnullæ podagricorum. Aut πάπαι τὸ τρέχειαν, à celeritate videlicet, aut cursu. Quo sensu id nomen planè conueniret nupero inuento, quod Galli *Siege roulant* vocant; quasi *Rotisellum*, aut *Currisellum*, vel sellam curracem. Commodum viandi genus; vt ingeniosior in dies est luxus. Dimidiatum dixeris currum bigarum tum forma, tum usu. Vnus tantum ibi lessor, duæ rotæ, equus singularius: sed & alter extra iugum, aut funarius, quem ductor insidet, si citato itinere mutare subinde verdos libeat. Quomodo Petronius *Chiromaxium* dixit; eius exemplo compacta voce *Diphramaxium* vocemus; aut quomodo Etymologus Gr. *Clinocathedrum*, sic nos *Harmocashedrum*; quoniam burdocurrus, aut sella hybrida vtriusque speciem, & opportunitatem nobis referat. Cæterum isthoc sellæ, aut vehiculi genus veterum Cisio haud penitus absimile erudita nuper epistola censuit Laurentius Panciatius Vir ut nobilitatis, sic ingenij florentissimi, inuita nihil faciens, dicensue Minerua.

Quod si cui ad sedendi usum haud satis visa fuerint tot sellarum genera, non ignoret lectulos & adhiberi potuisse, & fuisse adhibitos. Cum igitur quasdam sedes tam artificiose ad commoditatis ingenium compactas tradiderimus, vt in ijs verius iacerent, quam federent deliciosi homines: mutuum sedendi officium reddere, atque inuicem remunerare lecti ipsi haud recusarunt. V. quod de lectulis lucubratorijs sup. adnotauimus; quippe ea scimpodia, aut stibadia medium nescio quam speciem referentia inter puros lectos, ac germanas

nas meras sedes utique inseruire potuerunt, & sessioni, & incubationi. Sed quæ interdictio, nec cubiculares quoq., aut tricliniares lecti, eundem usum præstiterint? Petron. *Sedensq; super lectum meum diu stanis.* &, *fatu confusa altera parte lectuli sedet; idemque;* *me stupescit in lectulo sedet.* Plin. epist. 5. 5. *Mox imaginatus est venisse Neronem, in toro sedisse,* &c. Boeth. i. de consolat. *Tum illa proprius accedens in esse re melectuli mei parte consedit.* Ritum sedendi in lecto cum orarentur veteres Christiani indicar Tertull. lib. de Oratione ex Hermæ apostoli ci cui scriptore; sed damnat, ac reprehendit, ut curiosi potius quam rationalis officij, &c. & alioquin, inquit, *nusquam erit adorandum nisi ubi fuerit lectus.* Consimilis ethnicos ligabat olim religio: quod spectat ad ag Adoraturi sedeant. Iuuat Fest. *Adsidela mensa vocantur, ad quas sedentes flamines sacra faciebant.* At Hermæ locus, quem aduocat Tertull. occurrit mihi in praefatione Pastoris paulò secius, ac Tertullianus legerit. *Cum orassem domi, et sedisset super lectum,* &c. In ypi lectum autem de lecto ad sessionem, idem Hermas lib. 3. 10. *Consedit super lectum, et adstitit in dextera eius pastor.* Machab. 1. 1. *Et que sedebant in thoro maritali, lugebant.* Ionum era comparent marmorâ, ubi lecti tricliniares, & menia ante illos, plurimum illic discubens unus, sedens alter. Conuenientissimam dat lucem, & accipit fruitem Apuleius Metam. 1. *Eumq; accubansq; exiguo admodum grabatulo, et commodum canere incipientem inuenio.* Assidebat pedes uxoris, &c. subet uxorem decadere, utq; in eius locum assideam, subet: meq; etiamnum verecundia cunctantem abrepa lacinia detrahens: *adside, inquit, isthic.* Nam præmetu latronum nulla sessionibus, &c.



## C A P V T XXVIII.

Sellarum ornatus. Puluinus. Puluillus. Puluinar. Toral. *Puluin  
nar Louis.* πυλεωπος. *Caligula primus Senatoribus puluinos dedit.*  
*Dicitur ante in theatro Attico positi.* Puluinorum maseria. Gnaphalium.  
Centunculus. Stramen Leuconium. *Martialis illustrans.* Sa-  
gum. Saio. *Cubatio in floribus: in follibus: in rosis disceptis.* Rosa  
Melitensis. Canis Meliteus. Potare in rosa. *Lecti reticulati,*  
*Album rosa.* Puluinus Isocratis è croco. Circense tomentum.  
Puluinus equestris. Recitantes in puluinis. *Puluini sellarum comi-  
ties: gestati in itinere.*

**N**on videor extra oleam egressus, si quædam sellarum parer-  
ga, aut ornamenta nunc circumspexero; quæ non tam com-  
moditatis, quam decoris, atq. honestatis partem, tum sedi-  
bus, tum sedentibus adiiciant. Consulam vna lectoribus, ut mollius,  
& apparatus sedeant, nec sedes hasce nostras tumultuarias penitus  
despiciant; dumque latibula hæc antiquitatis peruestigo, aliqua eos  
nunc delectatio insideat. Noua in tempore voluptas ducer, cum aliæ  
maiori cura sellarium hoc studium amplificabo. Lubet à puluillis  
incipere, atq. ijs parumper incumbere: non vt profunda illic demen-  
gar quiete, sed breui inclinamento vigilabilem dormitionem con-  
cipiam. Tum sellis, tum scannis, aut subsellijs puluillois suisse im-  
positos, obductos, alligatos, compactos, & monumenta, atque icones,  
& auctorum euincunt testimonia. Latini puluinos, ac puluillois dixe-  
re, item Ceruicalia, ac Puluinaria. *Puluinos*, inquit Varro 5. L. L.  
à plumis, vel à pellulis decliperunt. At Isidoro 20. 11. *Puluinar est lectus*  
*divitum, inde & puluillus.* Varroni 1. de vita pop. Rom. apud Nonium  
Toral, ac Torale, aut Toralium. At Isidoro eidem 19. 25. *Toral à ro-*  
*ris, quibus propriè iniiciebatur; grandior quasi puluinus: sicuti Pu-*  
*luillus, veluti minutus lectus ex mente Isidori.* Puluinar tamen non  
divitum modò, sed Deorum quoque erat lectus, vt norissimum est.  
Puluinar Louis quandoq. exprimunt nummi, quod alij sellam curu-  
lem exposuerunt. Illic manubiæ visuntur insignia Numinis. Adi ad  
imagines curulum superius productas. Græci media ætratis Latino-  
rum imitatione πυλεωπος, & πυλεων dixerunt. Arrian, Epictet. 3.

23. Eritiani lex. Hippocrat. vbi Merusius ~~εὐλέπων~~ restituere, cum prius esset ~~εὐλέπων~~. Vide hunc in glossario Graecobarb. Item ~~εργαστηράλαιον~~, & ~~ὑποκηράλαιον~~ vocarunt à capitis innixu; aut incubetu, quod Cervicali responderet. Sed non possum non statim mirari quod refert Dio lib. 59. sub Caligula Imperatore τὰ εργαστηράλαια τοῖς Εὐλευταῖς, ὅπως μὴ τὸ πιο γυμνὸν καὶ δημότικόν τοῦτο ὑποτίθηται. Tum primum subditos Senatoribus puluinos, ne in nudis tabulis federent. Miror, inquam, apud gentem in omne luxus, ac deliciarum genus effusissimum, tam leto fuisse, aut cognitum, aut permisum necessarium penè commodum publicè sedendi in puluillo. Non sordentem loquor plebeculam, aut viles proletarios, sed florem ciuitatis eximum, & meliorem partem, ut Symmachius vocat, generis humani Senatores, quibus ante Caligulam nuda assamenta parabantur ad sessionem; et si tam multis alijs insignibus, arque ornamentis ad id tempus Senatorius ordo explenderetur. Diu ante in Graeco theatro adhibitos fuisse puluinos apud Theophrastum pater in Charactere adulatoris. Plurimum scortei erant, & corio operti. σκύται, & διρμάται vocat idem Eritianus. Dein linteis, serici, picti, plumbati, aurei, versicolores, &c. Atq. hi sago, tomento, plumis, pilis, alioue molli farto implebantur, quod inculcarent, ac compонerent. Non aliter de culcita ait Varro 5. L. L. Quod in ea sagum, aut tomentum, aliudque quid calcabant ab inculcando culcita dicte. Paria Isidor. 19. 25. Est autem Sagum vestis lanea, unde nostrum Saia, & Saio: sed vox peregrina, arque exotica eodem teste Varrone, de qua mox; Plin. 27. 10. Gnaphalium, alijs χαμαιζηλανα vocant, cuius folijs albis, molibusque utuntur pro tomento. Nobis Erba Cotonaria, quasi tomentitia, & ad usum farciendi, unde & Centunculus Scribonio Largo appellata cap. 29. n. 121. ad quem Rhodius p. 191. Eadem, puto, quæ Theophrasto πόδα λοχαία, quæ herba discubitoria, aut lectis apta insternendis; ac de Centunculo in hunc usum idem Plinius 24. 15. Theophr. 7. 10. de causs. plant. ad quem doctissimus Stapelius. Adi & Pollucem lib. 10. cap. 8. vbi de arundinis lanugine loquitur, quæ σφυράξ, & αὐθηλη, iuncus, vlna, calamus cartilagineus. Vbiq. de stragulis, & puluillis, quos & κηφαλαί vocat. Plinio gnaphalium: ac eidem lib. 19. 1. Stramentum Orchomenium cuius usus in torit. Martial. 14. epig. 160. Toomentum concisa palus Circense vocatur.

Hac pro Lenconio stramine pauper emis.

Palustris scilicet arundinis decussa, & concerpta folia, concisa, & minuta straminea pro tomento, & puluillo pauperum in Circu. At beatiores lana farciebant, quam Leuconicam, vel Lingonicam dixerunt. Idem aucto<sup>r</sup> epig. 159.

*Oppræssæ nimium vicina est fascia pluma?*

*Vellera Leuconicis accipe rasa sagis.*

Meminit & lib. 11. epigr. 22. & ep. 57. vide quæ notat aecuratis. Raderus. Quod vellera sagis erasa appellat Martialis, notissimum illud accipe purgamentum, & rasiles floccos, qui vestibus, aut sagis destringuntur, Nobis *Borra*; quod pectine fit, aut erinaceo fullonio, tandemque forfice lanaria. quare nec displiceret Leuconiam lanam exponere à loco unde exportatae illæ vestes, quæ *Saga* Martiali. Arque hinc, meo animo, illustrandus Varro, qui non lanam, aut floccos, sed *Sagum απλας* vocavit illud genus tomenti. Quæcunq. autem fuerit ea fætilis, & mollicina congeries, quam intra puluillos stiparent, hos certè sedibus, scamnis, subsellijs imponebant; quæ alioquin ligneum, aut lapidea duritiem eo pacto dediscerent. Sic permisso à Caligula Senatoribus, ut diximus, ne ἐπὶ γυναικῶν σεβίδων in nudis tabulis sederent. Et honoris, & commoditatis gratia id factum; Pinacium blandicella filia patri Antiphonti bene procurat apud Plautum Sticho 1. 2.

*Affide hic pater*

Ant. *Non sedeo isthic* (intelligo in cathedra, aut sella muliebri) *vos sedere: ego sedero in sub sellio.*

Pin. *Mane puluinum.* Ant. *benè procuras, satis sic fultum est mihi.*

En subsellium ligneum, & puluinus iniectus. Philemon, & Baucis apud Ouid. 8. Metam. v. 642. Iouem, & Mercurium excipientes, quanquam sub lare humili, & egeno, nec pietatem, vt in Numina, nec officium, vt in hospites deseruarunt: *Sedili statim posito, & iniecta fragula.* Alter ille apud Theophr. charast. in *χολαρ:* vt potentiæ, ac diutini palparet iam sessuro lubescit puluinum in theatro, τοιούτη παιδὸς εἰ τῷ θεάτρῳ ἀφιλομένος τὰ προσκέφαλα ταῦτα, ὑποσρέται, & pueri in theatro adimens puluinos ipse subterravit. Supparasitanus

tis blanditia est, qui è manu seruuli puluinum abstrahens, suū ipse parat. Hunc morem in Græcis theatris præter Theophrastum affirmant Aeschines, ac Demosthenes illic laudati à Cæsarebono. In Syracusis, siue Idyllo 15. Theocriteo Praxinoe iubet ab Eunoe famula apponi sellam, atque iniici puluinum, vbi amica sedeat Oorgo, cum qua colloquitur.

— — — — — ὅρη διόποιος Εὐνόας αὐτῆς,  
Εὐβαλτοῖς τοι παροῦσας.

— — — — — Prospice sedem Eunoe illę.

Ingē & puluinum.

Sic Eury nome apud Homerum Odyss. T.

Εὐρυνόμη φέπε δὲ διόποιος, τοιούτης τοι παροῦσα.

Eury nome affr sellam, & pelles super ipsa.

Sunt autē pelles hic nihil aliud, quam puluini, quomodo & Odyss. P.

Κώνια κατοπύρους θρόνοις εἴναι δαιδαλοῖσι.

Pellem (hoc est puluinum) iniiciens sedibus pulchris. Diximus superius ex Erotiano termē è Corio (vti quoque hodie) puluinos factos. At delicatissimum illud sessionis genus, cum in floribus, ac rosis federunt; de Heliogabalo Lamprid. cap. 29. Semper sanc̄ aut inter flores sedit, aut inter odores. Idemq. puluinaria, pilo-leporino, & perdicum plumis subalaribus confert cap. 19. Nec cubuit in accubitis (stibadia intellige, atque toros, qui antiquis triclinaribus succelleret) facile, nisi yis, que pilum leporinum haberent, aut plumas perditum subalares. Rudeiuldem helluontis inuentum aliquin urbanum. Ut vilioribus amicis illuderet tormenti, ac plumat vice aerem, ac ventum ceu sessilem subiiciebat, premendum submissis follibus, vbi insiderent coenantes. Si nimium tendebantur i folles, duram nō tamē pīne commodam praebebant sessionem; sed modico, & rariori oppleri flaminē, sequabilem, ac deliciosa m̄ parabant. Multis, inquit, vilioribus amicis, folles prout cibis fermebas, eosq; restibat prandentibus illis; ita ut plerumque sub mensis inuenirentur prandentes. cap. 29. Licet opinari supra folles, aut toros operosam fuisse vestem, aut stragula, ne quid suspicarentur conuiuæ; sed insperatō per automata illa descendentes, cæchinentum sonoriorem exprimerent ineptissimo Principi. Ex cap. 19. Οργανίς & triclinia de rosa, & lectas, & portantes, ac sic per ea decumbentes. Ex cap. 21. Oppressis in triclinijs versacilibus paratis suorum violis, & floribus sic, ut animam aliqui efflangerint. Floreat scilicet hoc culcittelle, & rotoli puluilli

Syba.

Sybaritarum, ac triplex consuetate olim delicie. Portentosissimus ille voluptatis, ac desidiae mysta apud Sen. 2. de Ira. 25. *Sepins queflus est quod folijs rosa duplicatis incubuisse.* Singillatim carpta volebat folia, ne quid duriusculi offendere. Trebellius in Gallieno cap. 16. *Veris tempore cubicula da rosis fecit.* Nopisc. in Carino 17. *Rosis Mediolanensibus, & striclinia, & cubicula stravit.* Rosas nota Mediolanenses: aut pulchriores forsitan, aut molliores. Nisi Melitensisibus legamus, quas diu ante in delicis ad puluinos faciendo adhibuit Verres, quem imitari voluisset Carinus. Cic. Verr. 10. 27: *Leptica octophoro rehabetur, in qua erat puluinus perlucidus Melitensis rosa fatus.* At nonnulli malunt, *puluinus, perlucidus Melitensis, rosa fatus,* ut non rosa sit, sed puluinus ē Melita veniens quæsitissimā renuitate, ac textū perlucidus. Sic Melitai casuli in delicis, de quibus Adagiographus. Addo locum Theophr. ab eo inobligatum Charact. μικροφίλ. ολαδός Μελιταιος, Melitaus Surculus; & Philostratum in Imagin. lib. 2. tit. Insulæ. Melita hic intelligenda inter Corcyram, & Illyricum, non sedes hodierna fortissimorum Equitum. Quanquam Rosa Melitensis, dē qua Tullius, Africane huius Insulæ esse potuit, à qua tunc Verres non admodum distabat. Iterum Cic. 2. de finibus 17. *potantem in rosa Thurium,* hunc morem (puto) siue discumbendi respiciens, siue coronandi. Albinianus. Pædo in obit. Mecenat.

*Victor adorata dormiat inque rosa.*

Omnino cognobilis locus Spartiani in Aelio Vero cap. 5. Fertur etiam aliud genus voluptatis, quod Verus innoverat; nam lectum eminentibus quatuor anaclyteris fecerat, minuto reticulo undique inclusum, cumq; folijs rose, quibus demptum esset album, replebat. Quod autem reticulo inclusum scribit, textum reticulari operis intellige; olimq; in usu. Græcis αὐοιδῆσπε, noratque Casaubonis: nobis Maglie, opinorq; id reticulum non adhæsse proxime lecto, sed quomodo nostrates Camerelli æstiui temporis; & copia n. rosarum calidam tum quoque tempestatem arguit. Quod verò idem Casaub. negat nouum fuisse inventum cubandi in rosis, fateor ipse. At Spartanus intelligendus est de rosa illa lecti fabricatione, & quatuor pluteis, siue anaclyteris, quorum sumpimento coacerpte rosæ sustinebantur. *Album rosarum quibus demptum volebat, interiorē intellige partē eum apicibus luteis, quæ alio nomine ēbū.* Hæc non ita mollis, aut rubicunda, sicuti folia exretati ambius, ac propriè Calyx vocabantur. *Quibus* *igi-*

igitur dem̄pus ille flos, mox appellat purgatas, Accubationes, ac mias  
fas de rosis, ac lilyjs fecerit, & quidem purgatis.

Croco imbutum Isocratis puluinum refert Plutarchus in Decem.  
Rhet. ρόχος διαρρόχος προστράλαρν vocans. Mollis ob id, atq.  
effeminatus aud. ut hic Rhetor. Sed puluillo prorsus merebat pre-  
ciosos vir laboriosissimus, qui vel vni texendo Atheniensium pane-  
gyrico integros quindecim annos assedit.

Varias puluinorum species, quā magis tument, aut subfidunt; qua  
paragaudis, tēnijs, institis limbantur; vmbilicis, clavis resfulgent; no-  
dis & peniculamentis lasciuiunt, lector, inspice, ac dijudica, vbi ge-  
nera sedium exhibuimus cap. i. & mox dicemus sequenti.

Atque hoc igitur clementioris sessionis commoditate prospectum,  
ne dure, aut nudæ premerentur pedes, aut scamna & praesertim in lu-  
dis olim per longas, atq. excruciantes, non spectandi tantum, sed ex-  
pectandi moras. Sic factum Rōmæ in Circo; inde lemma epigram  
160. lib. 14. Martial. Circense tormentum, & Seneca de vita beata cap.  
25. Nibilo miserior ero, si laffa cervix mea in manipulo fani acquiesceret is  
super Circense tormentum, per suturas veteris linteis effluens, incubabat.  
Omniq[ue] autem capio de tormento puluillorum. quorūq[ue] alioquin  
furta veteris linteis, nisi quia puluilli farti consuebantur? Extenuat  
autem puluillos Seneca, vt magis tumeat sententia. Sed quid mirum,  
si vexati, ac penè discerpti hiarent adeò p[re] atritu puluilli; vt efflu-  
ret illinc putre tormentum? Quippe gratuitò dabatur; indiligen-  
tiam esse solet populus rei non suæ, quod vbiique, ac semper euenit.  
V. quæ notat Lipsius insuper de puluillis, ac post eum Buleng. de  
Circo cap. 32. Panuin. de ludis Circ. & ad eum Argol. p. 7. & p. 85.  
In equestribus saltem, aut quatuordecim gradibus suis locatos pul-  
uillos non dubitarem. Inde Ituinal. sat. 3.

### puluino surga equestre.

Ac multò magis in Orchestra, vbi Senatores ex Dione lib. 59. προστράλαρν τοῖς Συλεύταις, &c. In Popularibus autem, vbi pullata, ac  
sordida plebs, non opinarer, nisi quis priuatim attulerit. V. Buleng.  
d. cap. 32. ac deinceps; qui subiude à Lipsio abiens illud exagitat, quoniam tempore,  
& auctore posita primū, dein discreta Senatorum,  
& equitum loca in Circo fuerint? Sed puluinos quod spectat, aliquod  
fortasse discrimin inter Senatorios, & equestres, quia instris, aut seg-  
menti distincti, vel stragulo splendidi. Interim mihi ampliandum  
est:

estudo in sternendis autem sellis aliquid infra. Recitantibus quoque puluinus subditus, in quo considerarent. Arrian. Epist. 3. cap. 23. εἰναὶ τὸν πελεγίον, ἀστένειν in puluinum, h. e. sedem, aut cathedram vbi puluinus. Notat Voss. de Imit. c. 7. §. 15. Neque aliter sapientibus illis, atque iuvenis consessoribus de arte digendi sermonem instituturis puluinos poposcit. Crassus apud Cic. 1. de Oratore; apparet autem sedes illic fuisse lapidea, ac per perpetuas, quoniam tanquam exedra sub opacante Platano posita erant, Tam Crassum. Imò vero commodius eram: puluinosque poposcisse, & omnes in ijs sedibus, que erant sub platano consedisse. Suspicatur Cresolius Tullium fuisse duftum imitatione sui Platonis, apud quem de Repub. disputaturus Cephalus puluino incumbit. sed diuersa ratio est; Cephalus tanquam senio consecutus narratur à Platone domi obsidens, antequam ad illum adirent amici colloquuntur, quibus nullus mox traditur datus puluillus, sicuti fuit apud Tullium. καὶ μάλα πρὸς Κίτην μοι ἐδοξεῖν εἶναι, &c. καθίσο δὲ εἰς παρώμενος ἐπὶ τοὺς προσκυναλύτας, καὶ διόπου. Valde senex mihi videbatur, &c. Sedebat autem coronatus ceruicali ad sedile apposito. Initia ne mē societas, ac perpetuum ferme contubernium tellae, & puluini. Idem Cic. lib. 9. epist. 18. Sella tibi eris in ludo tanquam hypodidascalō proxima, puluinus eam sequetur: hanc dabo.

Imò & liber cum ceruicali iunctus, tanquam supellex, & viaticum hominis docti, ac sedentarij. V. Theodoret. hist. eccl. lib. 4. cap. 14. vbi de Eusebio. Consule Cresol. d. lib. 3. cap. 13.

C 4<sup>th</sup>

## C A P V T X X I X.

Suppedanea. ὑποπόδια. Suppeditanea. Hypodia. συνπέδια,  
συνπέδιον, ποδαρέλιον. Suppedaneum muliebre. αἰθράχλης. αἴ-  
θραρος. Pedule. Cornelio Frontoni genuinus redditus sensus. Pe-  
dulla. ποδεῖον. Impilia. Scabellum pedum. Scamna. Mensa.  
ταπεινὰ διφορία. θράντος. θράντος. Suppedanea in solis, alijsq; sellis  
honestioribus. Icones promptæ e marmoribus, ac numinis. Εασιλικὸν  
ὑποπόδιον: Regium hypopodium, genus cænaculi apud Persas. Suble-  
lia cathedraria. Scanilia. Fulcra lectorum. Pueri, & fæmina  
sedentes vescebantur: & serui qui, ad Pedes. Predelle: carum egypti-  
mon. Danthes Poeta. Vocabularium della Crusca. Sabella musicorum;  
Scamella, & Scamilla.

**Q**uod si parum sessoribus consuluimus mollem ijs subdendo  
puluillum; ne pendulis nunc laborent cruribus, sed salu-  
brius, atque honestius sedeant, scabellum subiçiamus; dor-  
so, ac brachijs fulcra apponamus. Ac si opus sit, strato-  
riam quoque vestem explicemus, vt sedendi commodita-  
ti accedat ornatus, ac decor.

Hæc illa igitur sedentium pedibus supposita fulcra, & assamenta;  
aut scamna, quæ Græcis ὑποπόδια, suppedanea Latinè dixerimus.  
Vsurgata vox Cypriano martyri de ablut. ped. si modò is auctor li-  
bri: vbi de Magdalena poenitente, Caputq; pro suppedaneo stravit, cri-  
nibusque circumfasis pedes sacros involuit. Malim, Pro suppedaneo; quod  
& nonnulli Vett. Codd. præferunt. Scabelli item, Scabella, & Sup-  
pedanea etiam Isidoro 20. 11. Scabelli, inquit, qui lectis paruis, vel sellis  
ad ascensum apponuntur. Scabellum autem & suppedaneum dicitur nobis  
quoq. Etruscis Soppidiano. Retinuit Græcis Paulus 3. sent. cap. 7.  
ibi scamna, & hypodia, &c. malim hypopodia, & si Cuiacius non mu-  
tauerit. Alijs Enedracula, h. e. sessibulum, aut scabellum. Gloss. En-  
edracula, hypopodium. Græci posteriores inuicem à Latinis mutuantes  
συνπέδιον dixere, συνπέδιον, & συνπέδιον. In nostro Concilio Flo-  
rentino ἐπάθιον εἰ συνπέδιον ὁ τῦ Εασιλέος ἀδιλφὸς. Sed sit in suppe-  
daneo Imperatoris frater. V. Meursi, glossar. in συνπέδιον, qui testi-  
monia congerit. quanquam ea magis spectant illud genus suppeda-  
nei

nei amplioris, quod procerum sedibus subiicitur (nobis Predella) quam minuta haec scamna, & aßerculos, ac subices pedaneos, de quibus præcipue loquimur. Ijsdem Græcobarbaris ποδαρέλια : quæ Eustath. in Odys. H exponit ὑποπόδια γυναικεῖα, suppeditanea muliebria, quasi earum peculiaria, & fortasse splendidiora. Adde Suidam in ἀνδράχλης, ad quem Portus adnotator. & ἀνδράχλης enim, & ἀνθρεπερος pro eodem muliebri scabellio. V. & Salmas. ad Vop. Carinum cap. 19. pag. 501. Diligentissimus Onomastici auctor, dignus planè, qui non bis ex suo nomine, sed ter, & quater sit Felix scamnum hoc à Corn. Frontone *Pedule* vocari scripsit. Verba Cornelij de serm. lat. ea lunt, *Pedale mensura est pedis: pedule verò sub pedibus præstat utilitatem.* Sed cum istis pedibus, quin etiam pedulibus non video, quî gradiar in Felicis sententiam, quæ à suo auctore secedit minus felix. Opinor namq. à Frontone describi non suppedaneum, aut scamnum, sed soccum, aut calceamentum, vel eius partem, quæ vestigio suppingitur. Ideò, inquit, *Pedule verò pedibus præstat utilitatem:* quæ utilitas respicit vestiendi, & muniendi commodum. Reperi id verbum etiam in Festo *Pedulla*, que dicimus ΠΕΔΑ... Gracos appellare manifestum est, vbi Gothofr. explet πεδίλια, hoc est calceos, vel loculos. Scaliger ante illum. *Pedulla*, eadem & *pedulia*: glossarium: *Pedule*: ποδεῖν. Est autem ποδεῖν, siue πόδεῖν loculus. Italice retinemus eam vocem Redulis pro solo, aut parte, quæ pedem veltit. Glossæ Benedicti πεδίλια, ποδῶν καλύμματα, pedum integumenta. Glossæ Isidori, *Pedana*, *pedulis nouis*, qui calige assuitur. Interpres Iuuen. sat. 1. *Pedules nouos in braccis.* Meurs. assert in glossar. Gr. barb. Meminit & *peduliam* I. C. l. 25. §. 1. de auro & arg. &c. pro fascijs pedum, & quibusdam calceamentorum firmamentis. V. & Cerdam ad gloss. Isid. Aduers. p. 324. alio nomine *Impilia* dixerunt, nobis *Feltri*. quam vocem Cuiaciū titit in l. 3. de supell. seg. aliij legunt *Imparia*. Videatur idem Princeps I. Consultorum 10. obl. 17. & 5. 11. Turneb. ad vers. 18. 23. Sunt autem haec *Impilia*, quæ omnino pedibus utilitatem præstant, sicuti de pedulibus scripsit Cornel. Fronto. Ergo aliud est *Pedule*, ni fallor penitus, aliud *Scabellum*, vel *Scabellus*, & *Scamellum*, & *Scamillus*, qui sedentium pedibus subditur; quæ voces omnes à scamno deductæ. Quintil. 1. 4. Nec miretur cur è scamno fiat *scabellum*, &c. *Panchetta* nobis, & *Predellino*. Interpres sacræ paginæ psalm. 109. quod in LXX. est ὑποπόδιον τῷ ποδῶν σῃ, *Scabellum pedum*

*pedum suorum.* Sic ὑποπόδια τὰ θεῖα, scabella Dei vocata olim tem-  
pla teste Suida. V. in ὑποδήματα, & in ὑποπόδια. Sic Cœlum  
thronus Dei vocatur; terra autem scabellū, siue ὑποπόδιο D. Matth.  
cap. 5. Ennius quoq. à Tullio laudatus primo de Diuin. solum, aut so-  
lum cum scamnis coniunxit.

*Auspicio Regni stabilita scamna, solumq;  
Ouidius etiam scamna dixit lib. 1. artis improbae.*

*Et cava sub tenerum scamna dedisse pedem.*

quæ paululum fuisse cauata apparent, vt pedes firmius, & commo-  
dius infisterent. Mensam vocavit Curtius lib. 5. cap. 2. *Consedit de-  
inde, Alexander, in Regia sella multò excelsiori, quam pro habitu corporis.*  
*Itaque cum pedes imum gradum non contingerent, unus ex regis pneris*  
*mensam subdidit pedibus.* Omne enim lignum planum, siue quadrata,  
siue rotundâ figurâ Mensam dixerunt, vt Craxci τράπεζα. V. notata à  
Consultissimo Gifanio ad Lucret. in verbo præstringere. Sed mensa  
illa fulciendis Alexandri pedibus, de qua Curtius, verè talis erat,  
qualem cibo capiendo apponimus, atque ea ipsa Darij Regis fuerit.  
V. narrationem. Hæc suppedanea Gr. σκολίθρια Polluci 10. 11. quæ  
Hesychio ταπεινὰ διφρία, ὑποπόδια, humiles sedecula, hypopodia.  
Θράντιa itidem Polluci ex Aristophanis Pluto: vbi Scholiares διφρία,  
καὶ ὑποπόδια exponit pag. mihi 135. Ac digna prorsus risu explicatio  
grammatistæ, qua conatur nobis de pingere id genus scabellorum;  
talia esse narrans, qualia inscenduntur ab ijs, qui laqueo sibi gulam  
frangunt, mox ea calcibus depellentes, vt suspendiosi remaneant.  
ιφ' ἦν οἱ ἀπαγχόμενοι ἄρτωσις ταῦταις ἀπολακτίζεται αὐταί. Hoc  
Aristophanis; & aliorum Θράντων, & Θράντος, Homero Θρῆνος voca-  
tur. Hinc illud veluti solenne apud hunc vatem, quoties apparatio-  
rem describit sellam, ὑπὸ δὲ θρῆνος ποσὶν θέντι, sub pedibus autem  
erat scabellum, quomodo Helenæ subiicit 4. Odyss. 136. & Vlyssi 10.  
315. Dioni lib. hist. 17. vocatur τὸ κατὰ τὸ θρόνον ὑπόθερον, Scabel-  
lum throno subiectum, aut circumpositum. Respondet nostro Sappadiano.  
Hesychio κλισίον: quod ita explicat, Κλισίς ιφ' ή τίθεται Θρόνος. basis  
que sella supponitur. Talem aduertere est in nummis apud Vrsin. Fa-  
mil. Pompeiæ p. 208. suggestus cernitur curuli subiectus, quem nos  
Predella dicimus, raro aliás in nummis eo pacto corraret. Fa-  
tum mihi blanditur conjectura, in argumentum honoris, ac dignitatis  
fuisse apposita ea suppedanea, neque omni pariter sedi subiecta; sed

ijis, quæ eximios, ac spectatos manerent seffores, quare thronis, aut solijs potissimum subuincta, vt nuper ex sacro Matthæi codice, atque Ennio protulimus. Hinc Athenæo lib. 5. 6. Thronus definitur sella ingenuorum cum suppedaneo, vel scabello, ἐλαθέριος καθίσμα του ὑποπόδιον; quæ & ibi θρῖνος appellatur, quomodo & Homero, vt prouper dicebamus.

Observare autem est in antiquis marmoribus, ac nummis ea scabellæ imis pedibus hærentia, vbi digniores conquiscerent. Sellam Pontificiam vide sup. cap. 19. & quas produximus cap. 13. Aliæ hic tibi vulgantur. Vnam appingo nouæ nupræ, vt appareat, quæ flammæum sibi reducit, altero pede scabellum premens non adfixum, sed mobile, & à sede aliquantis per seiuunctum. V. n. 50. Visitur Romæ è figulinò opere antiqui artificij in Musæo Io. Petri Bellorij. Circum eam sedentes tres aliæ adstant foeminæ ingressæ ad officium neovumphæ. Secundam Consulis in Gazophylacio Principum Iustinianorum. Tertiam Romæ sedentis apud eosdem. Quartam in S. Stephani rotundi. Quintam Rauennæ in S. Apollinaris è marmore candido, quam mihi curavit Marchio Lucas de Albizis patræ nostræ decus obnotissimas animi virtutes in labæ sæculi, & annorum flore. V. num. 51. 52. 53. Nummos tibi exprompsi, vbi Philippus Pater, & filius in sedibus cum suppedaneo; quod raro aliæ curulibus appositum. Adi ad Tristan. pag. 569. parte 2. Alter patrem Septimium Seuerum exprimit cum scabello, quod negatur Getæ, & Aurelio Antonino assidentibus in eodem suggesto, & æqua altitudine ib. pag. 96. V. sup. Imagin. n. 36. & 39.

Celebre quoddam reperio suppedaneum apud Athen. lib. 11. c. 2. quod Persæ appellabant Εασιλικὸν ὑποπόδιον, Regium hypopodium. Ita dixerunt coenaculum cum tribus lectis, vbi talentorum tria millia condebantur: quoniam enim ad pedes Regij cubilis locatum erat, ideo hypopodium vocitatum. Sicuti προσκεφάλαιον Εασιλικὸν, ceruical regium, quod supernè structum erat ad verticem regij cubilis, coenaculum cum talentis quinque millibus. Commodum Hercules scabellum, commodius ceruical, quod tam multis constabat auri talentis: Cum hoc ceruicali quis non dormiscat in utramque aurem securus? V. illic Athen. de eo Persarum Regum luxu ex Charone Mitylenæ. Sed aliud est hoc suppedaneum Persicum, vt constat, ab alio sedentiæ, de quo memorant tam sèpè scribeantes. quanquam iuuat

iuuat quandoque suppedaneum explicare non tam de istis minutis, atque exilibus, vbi pedes conquiescunt, quam de ampliori tabulato, vbi totæ sedes statuuntur, virorumque summatum honori componuntur. Quod & hodie facimus, ut spectatori emineant sede, & à reliquo vulgo segregis existimationis decus retineant quicunque largioris fortunæ, aut dignitatis sortem obtinuerunt. Hoc enim patto *πόστοις καθάρης θρόνος* Dionis sup. lib. 17. intelligo; pro illo nempe gradu, tabulato, aut pegmate, vbi thronus statuitur, ostenduntque imagines ante productæ. Sic pleraque exempla allata à Meuri in glossar. verbo *Σκέλλα* huc ducunt meo iudicio, tanquam si tabulata, scamna, atque eminula forent affamenta, quæ nobis Grandini, aut Predelle. Neque aliter interpretor I. Consultum in l. 5. de supell. leg. vbi *subsellia Cathedraria*, quam quæ cathedris, sedibusue honestiorum subiiciuntur. *Scansilia* item appellata, præsertim si plures sint gradus. Isidor. 20. 11. *Scansilia gradus sunt, vbi honorati in sedibus harent.* Ante illum Varro lib. 5. L. L. *duplicata scansio gradus* dicitur. Tribunalibus ea propter appositi: inde *Cathedra*'s quandoque pro tribunali exponitur ab ascendendo. Eo sensu etymolog. *θρόνος επιπλέων καθέδρα, thronus eminens cathedra.* V. passim in nummis folia, aut suggerita Principum, & Magistratum. Sed & lectis apposita, aut adfixa hæc scabella, rum ad fulturam pedum, tum ad ascensum. Idem Isidor. 20. 11. *Scamna sunt, que altioribus lectis apponuntur dicta à scandendo; hinc & scabelli, qui lectis parvis, vel sellis ad ascensum apponuntur.* Idem Varro, qui supra: *Quia simplici scansione scandebant in lectum non altum, scabellum: in altiore, scannum.* Etiam hodie nonnulli eo tabulato circa lectum utuntur. Sed veteres quod attinet, non tam pro cubiculari, quam pro tricliniari intelligo. *Fulcra lectorum* dixit Sueton. Claud. cap. 32. vbi pueri nobiles, aut filii vescebantur ad mensam Principis. *Adhibebat, inquit, omni cana & liberos suos cum pueris, puellisq; nobilibus, qui more veteri ad fulcra lectorum vescerentur.* Assidentes interpretor, dum patres, ac domini discumberent. Idem in Aug. cap. 65. *Nepotes, &c. neque cœmarit una, nisi ut in uno lecto assiderent.* Imus lectus sunt ea fulcra. Tacit. 13. ann. cap. 16. *Mos habebatur Principum liberos cum ceteris idem aratis nobilibus sedentes vesci in aspectu propinquorum; non tamen imum lectum assignat, sed propria (subiungit) & parciore mensa.* V. Lipsium plenè monenter. Eundem locum foeminiq; metor. Val. Max. 2. 2. *Fæmina cubar-*

*cubantibus viris sedentes cœnitabant.* Morem priscum intellige, qui deinde sublatus. Lapideum tibi sisto monumentum in cippo, aut pilo veteri, vbi super scannis, aut fulcris pueri cœnitant, dum in toro discumbit dominus. Inspicet apud Boissardum parte 4. pag. 145. Citharistriam quoque illic obseruare est sedentem procul à mensa; non in scanno, sed in sella altiori, acroama dantem conuiuis seruis itidem parata statio in ijs subfellijs. V. n. 54. Quo respexisse puto Sagarinum, & Stichum bina mancipia apud Plautum Sticho 5. 4.

— — — — — *potius in subcellio*

*Cynicè accipiemur, quam in lecto.*

Atqui gratiōres hero seruuli illinc è mensa summulam cibi accipiebant. Martial. 5. 70.

*Omnia cum retrò pueris obsonia tradas,*

*Cur non mensa tibi ponitur à pedibus?*

Lectorum nempe intelligit pedes, vbi pueri lessibant. Ludit ingeniōsus poeta, quoniam iij pueri, aut serui *Ad pedibus* vocabantur, & *Ad pedes*, & *Circum pedes*. Petron. fragm. nuper editum pag. 51. Camelam grandem insit misceri, potionē dñidi omnibus sernis, qui ad pedes sedebant. Quod igitur retrò, & ponē conuiuentes dominos siue *Ad pluteum* (vt loquitur Suet. Calig. cap. 26.) aut posticam lecti partem præstò essent, ideo *Ad pedes* vocati. Cœnantes verò ad imum lectum, in scanno, aut suppedaneo sedebant, vt supra de liberis diximus. Lipsium consule, vbi sup. ad locum Taciti, Pignor. de seruis p. mihi 63. vbi de seruo *Ad pedibus*. Sed cum istis pedibus lubricam facientes semiram, nimium forsan excurrimus; vnde sermo iam noster est reuocandus. Non parco monere quædam de hoc scabello sub pedibus miscuisse Iulium Cæs. Buleng. lib. de Circo Rom. cap. 32. & 33. Neque indictum relinquam suppedanea hæc, & scabella nobis *Predellæ*, & *Panchette* vocitari: sicuti maiora illa tabulata, vbi sedes digniorum componuntur, *Predelle*. Si rectè muginor, quasi *Pedelle*, quod pedibus subiungantur; corruptente vocem plebecula, & sibi commodiorem recudente, *Inserta R.* qua litera nostri gaudent, vt alias monuimus. Nisi malimus *Predella*, h. e. *Prodella*. *Proda* nobis est margo, crepido, extremitas, alicuius rei, & sponda: at hæc scanna extremitis lectis, sedibus, suggestis apponere, & affgere solemus. Garriamustertio: *Predella* pro *Pretella*; obuio transitu literæ T. in D. Vstitutionem namque tum res ipsa, tum nomen in tacra supelleatile, quoniam

niam presbyteris potissimum tributa honoris gratia; siue altaribus operentur, aut suggestis; siue in cathedra expiatoria sedeant. Ohe! Nium effutimus, inquis, in hisce leuidensibus consecrandis. Fatum enim: sed maximorum exemplo peccantes, qui hanc sibi pruriginem tam dulciter scalpunt. Neque verò sumus omnino imparati ab hac lubidine, quæ nostris liturarijs quantulamcumque illeuit observationum congeriem super vocum etruscarum origine. Non illaudanda alioquin cura, nisi alia curæ, an sequior valetudo moram iniiceret. Sed gratulor non deesse nostræ Vrbi Florentissima ingenia elegantijs hisce parrij sermonis insudantia, quibus hanc prouinciam longè doctius, exquisitus, felicius occupandi ius esto. In semitam me refiero. Alio leni præter hunc vulgatum Diuinus poetæ noster Danthes vocem Predelle usurpauit lib. vel cantico 6. Purgatorijs.

*Poiche mouesti mano alla Predella.*

Ad quæ carmina vetus Scholiastes ineditus Predella dedit à prædio: parum aptè opinor, nulloque nexu, aut significatu ad eum locum. Potius illic Predella est (vt alij malunt) pars frœni, quam eques manus constringit: vnicâ prorsus, ac nouâ apud vatem notatione. Consuluntur interpres, quos laudat illic eximium vocabularium della Crusca: opus quod tertiijs curis magnam sui partem locupleratum, atque iam iam prælo maturum, Etruscarum literarum ingens thesaurus meritò audiet.

Coronidem ultimò imponam, si addidero inter musica organa, aut saltim in instrumento Symphoniaco fuisse scabella. Arnob. lib. 2. Numerosos iterarent scabillorum concrepationibus sonores. Suer. Calig. 54. Deinde repente magno tibiarum, & scabellorum strepitu. coniunguntur hic tibiae, & scabella. Congruit Statij vetus interpres 7. Theb. ad illa

*Ad inspirata rotari*

buxa. Scabillum exponens, quod in sacris tibicines pede sonare consuerunt. D. Augustinus 4. de musica, *Veluti cum Symphoniaci scabella, & cymbala pedibus feriant.* Hinc glossæ Isidori Scamellum Symphoniaci. quæ ita exponit Voss. in Etymolog. quoniam unus Symphoniacis modum dabat pulsu scamelli: vnde scamellorum, vel scabellorum crepitus. quasi equidem lignea vox illa pulsi scamelli pænissaret, ac præiret canturis Symphoniacis. non aliter ac etiam hodie modiperatores, aut mesochori tum manu, tum pede scamna, & abacos ferunt

riunt (quod nos far la battuta) non modò signum dantes ad incipendum; sed assiduâ eâ pulsione, aut supplosione regulam, modumque iugiter præscribentes: id enim magistrorum, & musurgorum officium. Casaub. ad eum Suetonij locum Calig. Scamellum non à scamnis nostris deductum, sed tum nomen, tum organum ipsum barbarum putat. Videatur & Torrent. ib. Inscriptio Spoletina apud Grut. 464. 7. Pref. Fabr. Rome. Dec. IIII. Scamillar. Opera Veteres à Scana, &c. Hæc Decuria quarta scamillaris, vel scamillarium, aut scamillarium, corpus, aut collegium artificum signat, qui scamilla cōficerent. De scamilliisne musicis, an ad sedendum, scandendumue compositis sit accipienda epigraphé, non ausim statuere. Neutrūm respuo, quoniam utrumque quadrare hīc potest, vbi operarum à scena sit mentio. Sed & literas Dec. Decurioni quis explicet, dum cætera congruenter aptentur. Habant namque suos Decuriones corpora, aut collegia. Salmas. ad Vopisci Carinum cap. 19. pag. 501. primò purauit hæc scabella nihil aliud fuisse, quam sandalia lignea, vel soleas etiam ferreas ad terram, vel tabulam clariori sono feriendas, vt ea supplosione saltantibus pantomimis, aut canentium choro ἐρδόσιμον darent. Gr. χρεπτίζα, & ξέληνα ὑποδήματα, lignei calcei Pollici, Hesychio, atque alijs. Quod igitur è ligno, & scabellis similia subiacerentur pedibus, hoc ideo nomen illis inditum scribit Salmasius, qui mox sine nomine perstringit magni nominis virum Casaubonum, tum organum, tum vocem scamilli exoticam opinantem. Credit tandem Salmasius reuera fuisse scabellum, siue ὑποσόδιον, quod pede seriebatur lignea, aut ferrea solea, vt maior crepitus edetur. ac de vsu huius scabelli in sacris, ac theatris plura illic obseruat. quod trahenda etiam illa Cic. pro Cælio. *Mimi ergo est iam extitus, non fabula: in quo cum clausula non inuenitur, fugit alquis è manibus, deinde scabella concrepant, aulænum tollitur.* Cui lubet igitur exquisitiùs hæc dijudicare, tu vide apud eundem Salmasium, Vossium etymolog. Casaubonum Suet. Calig. 54. trigam omnino Principum in literis Virorum. Quibus addo iugalem V. Cl. Io. Bapt. Donium ciuem meum singulari dissertatione de scabellis inter doctissima eius opuscula prælo matura. Ego cum Mimo illo Ciceroniano, vt clausulam tandem inueniam, nec ulterius inter scabella concrepem, fugio hīc è manibus, & aulænum tollo. Expectare Plaudite alijs relinquo.

## CAPUT XXX.

**S**polliera. Ανακλιντήριον. Ανάκλιτος. Ανάκλισις. Anaclinterium? Reclinatorium. Adclinatorium. Plutei lectorum. Lectus αὐμφιχθίφαλος, Adminiculum. Lectus Veri quatuor eminentibus anaclinterijs. κλισμὸς sella splendida; at δίπος de viliori apud Homerum. Sordida sedes. Sedentium statua ferè sine reclinatorio: itidem curules. Braccioli: Ancones: ἀγκώνες. eorum descriptio. Vineæ brachiatæ.

**A**D reliqua accedimus sedentium commoda, imò etiam decora, & ornamenta. Huc spectat pars illa sedis, sine qua non potest, sed non bene, aut commodè feneri. Nos aptè vocamus Spalliera, quod humeros illic reclinemus. Græcis αγακλιντήριον, ανάκλιτος, ανάκλισις. V. quæ scripsimus cap. 27. Usurpata vox Anaclinterij, Spartiano in Aelio Vero cap. 5. Lectus eminentibus quatuor anaclinterijs feneras. Latine redditur Reclinatorium. Isidor. 19. 26. Fulcrasunt ornamenta lectorum, dicta, quod in ȝ fulcemur, id est sustinemur, vel quod coros fulciant, sive caput, que reclinatoria vulgus appellat. Eam vocem apud vulgus inualuisse monet Isidor. cùm alioquin Fulcrum diceretur. Cantic. cantica. cap. 3. Reclinatorium aureum D. Ambrosius lib. 3. de Virgin. Adclinatorum vocavit. Sed Anaclinterium, aut Reclinatorium propriè in lectis, ut ostendunt loca auctorum, quæ protulimus. Est enim pars illa, sive pluteus eminens, vbi puluinum aptamus ad caput reclinandum. Fermè autem antiqui lecti (observeare est in marmoribus) duos habebant cuiusmodi pluteos, aut fulera; quo pacto nonnulli eriam hodie, præsertim inopum. Pluteus ad caput lecti (sic Gr. κιφαλὴ ἢ κλίνες) altior: qui verò ad pedes depresso. Inde hoc genus lecti αὐμφιχθίφαλος etymolog. & Hesychio, quasi verinq. capitatus, supernè, atque inferne. Sed magis placet αὐμφιχθίφαλος; est enim κιφαλος (inde gnafalium, de quo supra) ceruical, vel puluinus: qui, quod ad utrumque pluteum componereatur, αὐμφιχθίφαλos ille lectus vociratus. Quocirca memoratur ut insolens, atque enormi magnitudine ad luxum lectus ille Aelij Veri, Quatuor eminentibus anaclinterijs. V. adnotatores illic.

Atque hac igitur imitatione Falcrum, Pluteum, Anaclinterium, Anaclitum,

clitum, Reclinatorium appellare possumus eam sedis partem, vbi dorsum, atq. humeros reclinamus. Sedes autem ita compacta κλισμός, ανακλιτος θρόνος, κλινήρ, & aptissimè κλινοκαθίδρος etymologistæ. V. sup. cap. 27. *Administrum* (nobis appoggio) postica ea coagmentatione non incommodè Latinis enuncietur. Hodie in magno compingendarum fedium ingenio, cùm nihil vel ad laxitatem, vel ad luxum omittitur, eam partem verè Anaclyterium appellare possumus; quoniam non dorso, atque humeris tantum reclinandis, sed collo, & capiti, quamlibet in altum prorecto satis superq. præstat fulcimenti: adeò ille pluteus profundè, latèq. strui, & appendi solet. Commodius itaque, vbi eo anaclyterio humeri sustinentur, sed non absq. honoris simul argumento sedetur. Ut fermè sit, quos ante alios habemus tum *augustiori lede*, tum laetiori cæterarum rerum apparatu excipimus. Praeclarè aduertit Athen. 5. 6. ex Homero κλισμός (sellam nempe, cui pluteus inesset ille) dignissimis quibusque apponi solitam: de qua etiam illud addit, περιττούρως κικόσμηται ανακλιτος, quod splendide ornata sit ad reclinandum. At contrà δίφρος (sella, aut scannum, ut expono, sine fulcro) eidem vocatur κάκιλος, vilis, aut sordida, qualiter illic memorat daram Vlyssi, επαγγελματι, quia mendicus esse videretur. Haud aliter Lucanus de Senatu Romano, vel extorri, & sua pulso dignitate lib. 5.

---

sordida sedes

---

Romanos cepit proceres

In vetustis lapidibus, ac nummis variè deformatus apparet hic pluteus: non semper continuo tabulato, & vnicā compage, sed transuersis per interualla afferibus, aut fascijs, sicuti hodie in quibusdam sedibus minoris pretij, nec interioris admissionis. Species autem plurimùm quadrangula: quandoque rotunda, atque altius afflidente: cava nunc, & sinuosa, vt sessilem veluti complectatur. Obserua Citharisticam sedentem inter epulas, quam superiori capite produximus ex Boissardo. Eundem vide p. 127. partis vi. ad portam Apiani, vbi pulcherrimæ structuræ sedes Iouem tenet fulminantem; & pag. 114. partis v. vbi sedentium Fortunarum icones. Percurre quæ supra cap. 27. vbi variae sellarum, ac sedentium formæ tibi exprimuntur, & fulcrorum attende imagines. Quanquam raro, præsertim in statuis sedentibus reclinatorium appositum visitur. quod studiose factum existimamus, vt integra, & exerra statua conspectior fie.

fieret; neii viuax operis gratia, eo impedimento minueretur. Ceterum quod Curules sellæ eo plurimum careant fulcro, aut adminiculum, retinendæ opinor vetustatis gratia id factum apud Romanos, quoniam simplicissima ea sedes priscorum; vel quia plerumque in tribunali, aut suggesto locabatur, parieti, vel tabulato admota; vnde humeris itidem fulcrum, & innixus caperetur. Vel quoniam tandem curulem secum gestantes Magistratus, quacunq; ponebant, ac reponabant; commodius autem, si nulla sarcina, & adiecio reclinatorij sedem oneraasset.

Ne mutilas, ac truncas habeamus sellas, suis vlnis, ac manibus instruamus, quibus sessorem ambient, & complectantur. Nos vocamus *Braccioli* transuersaria hæc ligna, & asserculos antrorsus procurrentes, qui pluteo affiguntur, & arrectarijs in altum productis incumbunt. Similitudine brachiorum in humano corpore; dum pro varia sedium forma nunc ab ipsa reclinatorij summitate tanquam à scapulis desiliunt, nunc veluti lacerti in extremis eius angulis ad thoracem, vel costas reflectuntur. In veterum sedibus frequenter occurunt: quo nomine demonstrarint haud ita obuium. Possimus transtilla, lepta, retinacula, clathros, tigilla, vbi cubito innitimus; possimus fulcra brachiorum appellare; sed peculiarem, & genuinam nomenclaturam vni debeo Cælio Aureliano tard. pass. lib. 2. cap. 1. *Conſilium dabimus, ut sella tonsoria ſedeant agrotantes, qua sit obliquis anconibus fabricata, quibus incubentes ſeſe leuare nitantur.* De hac sella tonsoria sup. diximus cap. 25. Interim *Ancones* nihil aliud sunt, quam qui nobis *Braccioli*, niſi fallor, ἀγνῶμεν. Verbum ipsum consentit, quo Cubiti denotantur. neq; vſus abludit, dum *rules* describit Aurelianus, quibus ſeſe incubentes leuare nitantur. Est autem ἀγνῶμεν illa flexio, curvatura, & cubitus, quem facit tigillum vinclum lateribus plutei, vel lignis arrectarijs, quæ reclinatorium sustinent. Haud aliter Vitruvio 3. 3. & 4. 6. *Ancones* vocantur brachia illa, aut virge, que normam componunt figurâ literæ S. *Vt norma, inquit, in cano strigis cum fuerit coniecta, circumacta ita angonibus* (hoc est brachiolis) *strigorum dextrâ, ac sinistrâ angulos tangat, &c.* 3. 3. *Ancones*, sive prothyrides. 4. 6. & *Ancon*, instrumentum forma eadem, qua diximus. V. Turneb. aduersl. 2. 23. Lucem tandem bonus mihi præstat Pollux 1. 10. ijs verbis, τὰ δ' ἡγέραι τὰ ἐποίει τὰ δίφευ, γωνία, καὶ ἀγνῶμεν. *Flexus sellæ interioris, anguli, & cubiti* (vocantur) loquitur de sella in curvilocata.

Ergo ancones, & cubita, hæc ligna, quæ nobis Braccinoli, ac sedes ipsa, à Braccinoli. Non audeo Brachiaram appellare; etsi non ignoror eadem tralatione brachia arboribus tribui, & vineas brachiatas ea similitudine appellari à Columella lib. 5. cap. 5. Alij capitatas vineas, alijs brachiatas magis probant, quibus cordi est in brachia vitem componere, conuenit, &c.

Sed cur veteres tam curiosi in cæteris sedium partibus, aut ornamentis designandis, vt puluillo, suppedaneo, reclinatorio (de quibus sup.) in his brachijs, aut anconibus adeò mutiunt? Forsitan hæc pars in sellis, aut cathedris apparatiōribus, vt necessariō, ac vulgariter iuncta, nihil præcipui habebat, quod scribentes memorarent? Verum ea interim mihi obrepit coniectatio, nomine reclinatorij, ανακλίσως, aut sedium, quas dixeret οἰλισμές, hanc quoque partem contineri; quippe tota illa compages post ci fulcri, & anconum omnigenam præstat commoditatē ad reclinandū. Quod si alterutro careat sedes, magna commoditatē pars sessori decedit. Huc spectare puto verba Athenzi lib. 5. cap. 6. ubi de sella οἰλισμῷ loquens, (vide sup.) satis habuit scribere περὶ τούτους οὐχόσμητας ανακλίσε, instructa est eximiè ad reclinandū. nempè ανακλίσως nomine, & reclinatorium, & ancones, & quidquid aliud magis ducat ad commode quiescendum, fortean complecti Pollux voluit.



C 22

## C A P V T XXXI.

Stragulum. Stragula. Instratum. Stratoriae vestes. Peristromata. Peripetasmatia. Operimenta. Pallia. Opertula. iudicior. Octavius Ferrarius cum laude memoratus. Pallium: pro quoniam instrato. Solaria. Babylonica. Sedularia: aliter explicata, ac Turnebo placitum. Subzellia cathedralia. Toralia. Accubitalia. Mantilia. Stroppi. Cataclita. Casaubonus defensus. Mappae. Pelles sedibus iniecta: que repositiles, sapius fixa: clavis argenteis distincta. Tapetes, & Stromata, linteamina ultimo, ac vela. Sellisternium. ανάσπωσις. Habere sellisternium: ac de ea re exacte. Sellisternia etiam hominibus, non tantum Dij's carata. Lectisternium Tum lectum sellæ numinum. Sellisternium pro sella, ut Lectisternium pro lecto. Corona super sellis; item cornua potentiae indicio; aliaq; Deorum symbola, ac donaria.

**S**edes non vnius generis variè fabricatas, & compactas suis partibus, atque ornamentiis instruximus hactenus; tum vero ad commodi usum, tum ad speciem dignitatis concinnauimus. Sed parum honestæ nobis visæ sunt, si nudas hic reliquerimus. Quare iniiciimus illis ultimo loco stragulam vestem, raptimque, ac tumultuarie veluti festihantes amicimus.

Stragulum, Stragula, Instratum, & Vestis stragula communi appellatione dictum quicquid ad iniiciendi, insternendiue usum adhibebatur. Paulo I.C. lib. 3. sent. tit. 7. qui est de legatis stratoria vestes memorantur. Gr. στρώματα, περιστρώματα, περιπέτερα, &c. Varro 5. de L. L. Graca sunt Peristromata, & Peripetasmatia. Idemque, Operimenta, & Pallia, Opertula dixerunt. iudicior enim Graecorum (quod latinis pallium) pro ueste etiam stragula usurpatum: notauitque ex Poetarum auctoritate V. Cl. Octavius Ferrar. consummatisimo opere de re Vest. parte 2. lib. 4 cap. 3. Sed poetis, h. e. genti licentiosæ, prorsi sermonis addamus firmamentum ex I.C.L. instratum 45. D. de V. S. Neque enim dubium est, quin Stragula uestis sit omne pallium περιπέπομα. V. Cuiac. 10. obseruat. 18. Præter locum Varonis sup. allatū, enī tibi Suetonius in Nerone cap. 48. Super lectum modicella calcissa, vescere pallio straso instructum. Imò pro mantili ad tergandi

di vsum, Petronio, iam Trimalcio vnguento perfusus tergebatur, non  
linteis, sed pallys ex lana mollissima factis.

Nos verò hic ea vix delibamus, quæ ad vsum, aut ornamentum  
sedendi faciunt. Vlp. I. C. l. 25. de auro, & arg. leg. *Tegimenta sub  
selliorum* nominat. Si quibus enim sedilium ea oportenta conue-  
niunt, subsellijs, & scamnis ob nuditatem, ac duritatem debentur. Hæc  
ipsa regimeta *Solaria* appellari voluit Cuiac. 10. obser. 17. V. hunc  
& ad l. vnum ex dominis D. de seruit. & nos sup. cap. 28. Fest. *Solla*  
*appellantur sedilia, in quibus non plures singulis sedere possunt, ideòq; sola*  
*sternere dicuntur, qui sellisternum habent, & solaria vocantur Babylonica*  
*ca, quibus eadem sternuntur.* En *Solaria*, en *Babylonica* ad vsum sedium.  
*Babyloniorum* mentio eadem l. 25. *Tapeta vesti cedunt, quæ aut ster-  
ni, aut in yci solent.* Sed *stragulas, & Babylonica, &c.* Reperio & *Sedu-  
laria* pro stragulis sedium; propriè autem earum, quæ in rhedis loca-  
bantur, vt visum Antonio Augustino, emend. 4. Non improbo magni  
viri enarrationem, quoniam hæc sedularia cum rhedis coniungit I.C.  
l. 4. de suppell. leg. Non placet quod Turnebus voluit 18. aduers. 23.  
*Sedularia* esse multa sedilia, vt *Cathedralia* sunt multæ cathedræ, *Ro-  
saria* multæ rosæ, &c. quod autem vocem *Cathedralia* ex eod. I. C.  
aduocat d. l. 5. minus assentior, quasi disiunctim legerit. Ego iunctim  
lego, *Subsellia cathedralia*, nempe quæ cathedris subiiciuntur, atque  
ita non erunt aliud Subsellia, & aliud Cathedralia, neque hæc multæ  
cathedræ, vt Rosaria multæ rosæ, &c.

Hæc igitur subsellia stragulis fuisse operta, & quidem tapetibus do-  
cet ib. I. C. de *tapetis* queri potest *subsellia cathedralia, quibus in sterhi  
solent, &c.* Sic Plauto Stich. 2. 3. peristromata cum sellis iunguntur.  
*Tum Babylonica* (inquit Dinacium) *peristromata, sella, & tapetia.* vt ha-  
bent Vett. exemplaria: siue quod mauult Meurl. *Solla, & tapetia:*  
est autem sollum idem ac sedile, vel solium vnius capax, vt alias  
diximus.

Neque solis operimentis, aut peristromatis scamna, ac subsellia te-  
gebantur ad ornatum, sed ijs iam instratis puluilllos fuisse superinie-  
ctos non est dubitandum: prout sedentium dignitas, aut sessionis ap-  
paratus, ac maiestas postulasset. Sic *Stroppos* puluinariibus fuisse im-  
positos docet Fest. in *Stropus*: præsertim in *Castoris*. quos vel coro-  
nas interpretari licet, vel fasciculos. In antiquis monumentis com-  
parent ea stragula, sæpius etiam puluilli, qæc raro in curulibus. V. cap.

¶ 3. & cap. 28. Contrariè in scamnis , aut subsellijs , vbi perpetuæ , & oblongæ culcitellæ affiguntur , & inhærent , aliquod insuper splendi- dius operimentum imponebatur ; cùm alioquin cæteri puluini repou- suiles , ac breues , & vnius tantum capaces supra omnem stragulam collocentur . Haud aliter *Toralia* ( inde nostrum Touaglia ) vel *Ac- cubitalia* toris imponebantur : quia tori in modum puluinariū (no- bis strapunti ) componebanrū , congesta lana , aut tomento referti . Vestem de Cataclitis vocauit Tertull. de pallio , & paucis pluma vestis , & quidem de cataclitis . quod malo , quam *Cataclitis* . *Vestis de cataclit- tis* , pro *Vestis cataclitorum* ; sic *vestis de altari* , &c. quomodo nos Italice . Sunt autem *xatālita* , *Accubita* . Paucis igitur pluma vestis est de cataclitis , quoniam refert auri & purpuræ colore vestem tri- cliniarem , & accubitalem , qua tori in triclinijs sternuntur . V. Salmas. ad hunc Tertull. locum . Vno verbo hanc stragulam *Tricliniaria* dixere . Plin. 9. 39. *qua purpura quis non iam* , inquit , *tricliniaria facit?* Idem 8. 48. *Tricliniaria Babylonica* . Labeoni I. C. I. 20. de opt. leg. *Vestimenta tricliniaria* . Sic *Mantelia* , siue *Mantuelia* mensis iniecta ; de quibus Salmas. ad Vopisci Aurelianum , à *toralibus* , siue *accubita-* *libus* distinguens ; quoniam his tori tantum , & *accubita* ; *mantelijs* , aut *mantuelibus* mensæ insternantur . Cùm tamen Casaubonus ab eo reprehensus confuderit ad Lampridij Heliogab. cap. 19. Hoc inte- rim scio , accurate , atque exactè hanc partem philologiae fuisse tracta- tam à Casaubono , qui ad illud Heliogab. cap. de se scripsit (alibi me- minimus) *In commentario nostro de lectis* , & *stragula veste* , *quem brevi- edituri sumus* , *Deo faciente* , *affatim de iisis omnibus* , &c. Ad eum com- mentarium , *lector* , te delego , si modò publicam vidit lucem , quam illi auctor parabat . Sed cubat (opinor) adhuc in pluteis , ac tenebras fert indignè . etiam ipse docuit Casaub. *accubitalibus toros* , siue *accubita* fuisse instrata ; modestè subdens etiam *mantelia* venire eo nomine . Sint igitur magis propriè *mantelia stragulae vestes* , quibus mensæ operiebantur , quæ olim *Mappe teste* Isidoro 19. 26. *Toralia* autem , & *Accubitalia* , quæ *toros* , & *accubita* suo velamento exor- narent . *Mantuelibus aureis semper stravit* , inquit Pollio in Gallieno cap. 16. *Accubitalium Cypriorum idem meminit in D. Claudio cap. 14.* V. Salmas. hic , & ad Heliogabalum Lampridij cap. 19. vbi Casaub. pariter . Ut mensis igitur , & toris , sic sedibus sua fuerant instra- ta , quæ *Solaria* , & *Sedularia* , ut diximus : neque tali tamen religione ,

vt

ut subsellis, & scannis aptari nequauerint, etiam toralia, quibus lecti, siue tori tricliniares decorabantur. liquet autem haec stragula puluinis, & culciterris, quamquam mundis, ac nitidis fuisse superintesta; præsertim elegantiora, splendidique, ac peregrini artificij. Hinc illa Cypria, hinc Babylonica peristromata, & Attalica, & Campanica, de quibus tam crebro apud scriptores legimus.

Pellibus potissimum usos fuisse veteres, quibus sedes insternerentur Heroicis præsertim temporibus memorat vates; quorum summus Aen. 8. vers. 178.

*Principiumq; toro, & villosi pelle leonis*

*Accipit Aeneam, folioq; initiat acerno.*

vbi vetus, ac perdoctus interpres Donatus monet, quod huiusmodi sunt petes, & stragulae vestes e pelle heroibus decoræ tunc iudicabantur. Nonn. Diony. 16. stragulam describens, δρυατα Παρδαλέων πολυδαιδαλα, Varias pardalium pelles. Homerus primo Odyss. precos in domum Vlyssis à Penelope exceptos, sedentes facit εν πινοῖσι θῶν In boum corys. De hoc pellium usu quædam protulit doctiss. Brisson. 2. de Regno Pers. Addo de Romanis ex Festo, In pelle lanata noua nuptia considerare solet, vel propter morem veterum, &c. Seruius Danielis. Sellas duas iugatas ouili pelle superiniecta ponit eius ouis, que hostia fuisset: & ibi nubentes velatis capitibus in confarreatione flamen, & flaminica responderent. ad Vatem Latin. Aeneid. 4. 38. Nota nuptiale mysterium, & quas vocat Seruius Sellas duas iugatas, perinde ac Bisellum, vel duas sellas iunctas. Atque has e quidem ferarum, & animalium exuuias stragulorum more explicatas, & oppansas fuisse non ambigerem, ut poni, & amoueri possent, plicari, componi, recondi. Odyss. T.

*Eupuro μη φέρε δὴ δίφρον, καὶ κώνας ἐπ' αὐτῷ.*

*Eury nome affer sellam, & pelles super eam. Addo alium P.*

*Κώτα κασορύσα θόροις ἐπὶ δαιδαλέοισι.*

*Pellem sternens super pedibus artificiosis.*

Vtrobique κώτα, h. e. pelles ouis nominat; quamquam non displicer poetica Synecdoche, pellem pro puluillis concinnatis, & consutis accipere, quod magis decorum, & commodum. An potius schema te, quod Græci εν διαδυον, idem sit δίφρον, καὶ κώνας, ac sellam pelliceam, vel coriaceam. At in altero versu Κώτα κασορύσα, omnino videtur disiuncta pellis, ac sellæ iniicienda. Evidem simplicissima haec ratio insternendi, & priscis mortalium opibus, quin etiam arti,

arti, & industriae accommodata, terginas pecudum, aut ferarum exuvias sedendo, recumbendo premere: mollis quoque, ac nitida, & fere res extat ea stratura. Paulatim factum deinceps, ut sedibus expelles affigerentur ad usum assiduum, ac diuturnum clavis adactae pars autem ipsa, in qua proprietate sedemus (sedile, aut quadratum diximus) in ictis pilis, conferta stuppa, congesto tomento, iugiter strata, vorsa, ac follicans per perpetui vicem puluini praebet.

Reperio itidem apud Homerum clavis exornatas, ac distinctas priscorum sellas: quos argenteos memorat, ut Odyss. Θ. vers. 67.

Τῷ δέ ἄρα Ποντόνος θύει θρόνον ἀργυρόνθον

Huic Pontonous posuit sedem argenteis clavis.

*ornatam.* Verbum verbo redderem *Argenti clavatam.* & K. vers. 314.  
& H. 162. ————— ἐπὶ θρόνῳ ἀργυρόνθῳ.

*In sede argenteis clavis suffixa.*

Bullis, seu clavis hisce capitatis (nobis Borchie) est fusili, aut ductili metallo sumptuosi operis ad exquisitum luxus ingenium hodie vtrumur. Sed haec obiter de clavis.

Alibi idem vates tapetem mollis lanae, non pellem iniicit sellae, quam vocat *κλισθενη*. V. Athen. lib. 5. cap. 6.

Αλκίππη δὲ τάπητα φέρει καλαχεῖον ἵριον.

*Alcippe autem tapetem attulit ē molli lana,*

qui est versus 4. Odyss. 1. 24. Hermas in Pastore visione 1. *Videō contra me cathedram de lana candidis, sicut nix, factā magnam.* Tam de stragula, quam de puluino interpretari licet eas candidas lanas. Purpureum instragulum pictum Pers. Regis solio impositum refert idem Atheneus lib. 12. cap. 2. ποικίλον ἴμετρον πορφυρόν. Vide & in pompa Ptolemaei Philadelphi lib. 5. cap. 5. ex Callixeno Rhodio.

Atque his tandem sedibus suo instratis, atq. exornatis operimento, ultimum quoddam, ac supremum velamentum super inductum quandoque nouimus; ostenduntque antiqui lapides, principum praeserrim virorum cathedris, aut thronis. Unicam sit satis tibi promississe sub n. 42. sedem elegantissimi operis, quae Romae extat apud Marthos ad D. Catharinæ. Hinc apud veteres quoque Christianos illæ Pontificum sedes velatae, ac linteatae, de quibus non nihil sup. cap. 20. Sic etiam hodie eorundem Pontificum, & Antistitum, ac Principum sedes iam apparatae, atque instructae nouissimo quopiam bombycino velo obregi solent: non modò ut à puluisculi contactu, profanique

Y

vulgi

valgi oculis sint immunes ; sed ut ab alijs eo pacto secerntur , & quandam venerationis speciem offundant , opera , & latenti maiestate .

Dum verò insternendis sellis immoramus , non immeritò ullus nos reposcat , quid tandem fuerit *Sellisternum* , & quæ illius apud veteres obseruatio ? Quod autem ex ipsa vocis notatione paret , erit sellisternum , sedium aut sellarum stratura , munusque , aut ratio eas sternendi . Glossæ Cyrilli *sellisternum* οὐλίσπων . Sic etiam *lectisternum* , & apud Plautum pseud . 1. 2. *lectisternator* , qui lectum sternit . Sed ad Festina adeamus , etsi ille parum lucide , ut sèpè solet . *Solla sternere dicuntur* , qui *sellisternum* habent , &c. Paul. epitomator , *Solia sternere dicuntur* , qui *sellisternum* habent : nullo discrimine , quām quod solia legit , & sollisternum , non sellisternum ; sicut alibi diximus , *Seliquastrum* , *Soliquastrum* , & *Solliquastrum* . Scaliger ad hunc locum Festi maluit , *Solia* , &c. ideoque *solar sternere dicuntur* , &c. *Solaris* antiquis idem ac solium ex Varro , atque alijs . Sed quidnam illud est , aut cuius est tandem habere sellisternum ? Non omnibus permisum fuisse solia , aut sellas sternere , monent verba ea superius allata è Festo . Et ideo *solia sternere dicuntur* , qui *sellisternum* habent : quasi equidem honoris , aut cultus indicio certis personis , non otanibus ius illud permisum fuerit solia insternandi , aut instratis solijs , vel sellis stendi : quod qui habuerint , iij sellisternum habere dicebantur . Optatur Meurs . ad Plauti Stichum 2. 3. quod quoniam solia , h. c. sedilia unius tantum capacia è solido ligno , atque adeò pretiosiora fuerint , ideo non omnibus ea habere licuerit : quibus licuisset , iij sellisternum habuerint , remittitque ad Festi auctoritatem . Percupereat , ut aliquid amplius medocuerit præ Festi verbis : imò nec verba huius Grammatici eò ducunt ; qui non de simplici solio insedendo loquitur , sed de illo insternendo , deque peristromatis , aut solarijs eidem impoñendis . Cessat ergo pretij , aut raritatis causa ob ligni soliditate m . Quibus datum fuerit illud ius , vel munus , vel ratio ; quodue ritu , aut lege , quo honoris argumento , quibus diebus , aut per quæ officia , actusque rerum solennes , ut Festus racet ( forsitan id temporis nostrum ) ita ego non audeo nunc definire , ac bona fide vetus illud usurpo N. L. Sed in re obscura liceat tamen diuinare . quod ut mihi cuiuscmodi contingat , à vestigijs *lectisternij* non abscedo . Scimus *Lectisternum* fuisse sacri genus conuiuij , quod Deorum simulacris parabant :

sic

sic lectos insternebant, ut illic procumberent ad epulas, quo placet mine Romani vtebantur grauioribus Reip. temporibus, ut iram auerterent, Cœlitumque opem exorarent. Sapè meminit Liuius, alijsque veteres, quos profert eximius adnotator ad Alex. Neap. 5. 27. dier. gen. Turnebum adde aduers. 30. 32. Guther. de ver. I. Pont. 3. 9. Adi præcipue Seruum ad 3. Georg. & 12. Aeneid. & passim viri erudi; Inter quos Casaubonus ad Suet. Cæsarem cap. 76. qui puluina, siue lectisternia Græcis quoque factitata primus sibi videtur obseruasse. Sed & lectisternium dixerunt lectum ipsum instratum, cuius icones in nummis.

Obseruo autem non omnibus Diis, neque omnibus locis ea lectisternia habita: quod me docet Festus. *Sistere fana*, inquit, *cum in urbe condenda dicatur*, significat loca in oppido futurorum fanorum constitutere, quod Antistius Labeo ait in commentario decimo quinto I. Pontificij, *fana sistere esse lectisternia certis locis*, & *Dyis habere*, quæ verba sic accipi, ut duobus modis sit *Fana sistere*: altero cum in oppidis condendis loca statuuntur, decernuntur, definiuntur fanis, quæ illic construenda erunt. Inde apud Tacitum Ann. 4. 37. *Cum D. Aug. sibi, asque urbi Roma templum apud Pergamum sisti*, &c. & 4. hist. 53. *Templum ipsiusdem vestigij sosteretur*, & sapè alias. Altero modo *Fana sistere* ex Labeone est *Lectisternia certis locis*, & *Dyis habere*. En igitur eadem forma, qua superius sellisternium, hic quoq. Lectisternium haberi dicitur. Epitomator Paulus extulit *Lectisternium certis in fano locis componere*: loca accipiens de partibus eiusdem fani, non de locis urbis, quod ego magis opinabar. Fana itaq. sistit, qui certa statuit, ac decernit fana, vbi supplicationis gratia lectisternia habeantur, siue componantur Numinibus. Ita pariter de sellis dicamus, ut sellisternium habere, sit sellas statuere, aut componere Diis certis, certisque locis, quod qui facit, is habebit sellisternium: quo pacto & *lectisternium habere* dicetur ille, qui eos lectos instrauerit, et si eam loquendi formam Festus nobis non expromat. Puto autem eodem dicendi ritu *sellisternium habere*, quo fasces habere apud Liuium dicebatur ille Consul, qui suo mense ius dicebat, maiestateq. Reip. atque honoris fastigium obtinebat. Aut quomodo, *Senatum, Comitia, &c. habere*. Nempe cuiquam è magistratibus, aut facerdotibus ea cura demandata, id munus iniunctum, aut ius tandem permisum sellas, vel sella Diis sternendi; quod qui præstarent, iij sellisternia habere dicuntur,

*Sue Festi verbis solia sternere dicuntur, qui sellisternium habent. quod certo loco ac tempore factum fuisse credimus, sicuti de lectisternio scribit idem Fest. ex lege s. & obseruatione, quam ignoro penitus. Quemadmodum verò statuæ, ac simulacra Numinum in lectisternijs reclinabantur; nihil prohibet, quin aliquando sellæ ijs, aut solia instrata apparentur ex præscripto religionis. Sicuti namque suos Romana gens colebat Deos, ebrios, iracundos, libidinosos, morbis & pathematis obnoxios: ita oportebat hominum instar eos nunc sedere, nunc recumbere. Tertullianus diserte mihi fauet lib. 1. ad nationes. *Solsternia, inquit, & lectisternia Deis, &c.* etiam ipse solisternij verbo vtitur, quod raro alibi, aut nuspam reperias, nisi apud Festum. ecce quomodo tum lecti, tum solia Dijs apparabantur ad conquietendum. Alterum tibi sisto probatissimum testem Val. Max. 2. 1. *Nam Iouis epulo ipse in lectulum, Iuno, & Minerua in sellas ad canam inuitansur.* Deum pater ut senex discumbit; cuius reverentia sedent filii. Ritum nota, ac discriminem, & morde laurum. Stragulam manifestè iniectam agnoscere est curuli sellæ in nummo apud Vrsinum in Fam. Furia, quem tibi promo pag. 104. At apud eundem in Pompeia 208. & Valeria 269. nescio quid extat, ac prominet, quod magis puluinar, quam stragulum arbitrare.*

Cæterum viris quoque principibus, ciuibusq. egregiè de republica meritis sellas, aut solia apparatus instrata fuisse honoris gratia, certo loco, aut tempore, vt illic dum viuerent, vel vita functi, & absentes in suis imaginibus conquiescerent, nil inducor opinari. quod quoniam extra ordinem, publicaque auctoritate tribui poruit; ideo habere eos sollisterniū quis no autumet, quibus permisum id fuerit, soliumq. sternere ijdem dicantur? De hoc autem adornandæ sedis more, vbi simulacra principum ponerentur imitatione sollisternij Deorum, affero tibi auctorem Tacit. lib. 15. ann. 29. *Medio Tribunal sedem curulem, & sedes effigiem Neronis sustinebat.* Ad quam progressus Tiridates cæsis ex more victimis sublatum capite diadema pedibus subiecit. De eadem re Dio in eclog. αλλα' οὐχὶ Ἐγμα ὁ φηλὸς ἵγερθν. οὐχὶ ἐν τῷ εἰκόνει τῷ Νέπορος ἴσαθνος. Sed solium altum erectum fuit, ibiq; imagines Neronis statuta. profert Lipsius monetq. tale suggestum fuisse etiam Romæ in castris Prætorijs ex eodem Tacito 1. hist. Plinius paneg. de Domitiano. *Iam dudum illi radiatum caput, & media inter Deos sedes.* Consimile quid de imaginibus Marcelli scribit idem

Dio

Dio lib. 52. quod in sedibus locatae fuerint mediae inter Praetores, qui ludos edebant εἰς τὸ μέσον τῶν ἀρχόντων τῶν τελέντων. V. Panuin. de lud. Circ. cap. 2. & cap. 16. Aut sellisternium tandem eos habere dicamus, quicunq. honoris ergo, & ob meritorum præstantiam, eo iure, ac potestate gauderent, ut sibi sellæ insternarentur; quomodo etiam hodie differentiæ notæ in confessibus sunt quibus stragulæ vestes subiçiantur, sunt qui careant. Est namque sellisternium suo verbo merus ille, putulque sternendi sedem æctus, aut facultas. Dicam tandem planius. Sellisternium pro ipsa sede constrata accipi posse; atque adeò sellisternium habet, qui sella vtitur stragulis splendida, quod non omnibus videtur permisum, sicuti de habendis fascibus ex posuimus.

Haud aliter Lectisternium pro quocunque lecto strato acceptum inuenimus. Sidon. Apollinar. epist. 4. 15. Epulum multiplex, & capacissima lectisternia para. Isidor. 15. 5. Lectisternia dicuntur, ubi homines sedere consuerunt. Loquitur de lectis, & tamen ad sedendum paras scribit. Sed, puto, hæc verba hausit ex Seruio 12. Aenei.

————— & diri sacraria Ditis.

qui lectisternia fuisse nos docet, ubi homines solerent in templis sedere. Addenda sunt igitur Isidoro, nisi fallor, verba, *In templis*, quæ sui furtum videntur fecisse. Atque haec posteriores nostræ coniectationes non penitus abeunt à sententia Meursij superius laudati, qui sellisternia hominum honori tribuit. Sed verius puto inter cærimoniæ, & religiones Deorum esse habenda.

Vt his sedium ornamenti coronidem tandem imponamus, ne pigeat ultimo loco admonere sedibus ipsis fuisse coronas impositas, siue in ijs collocatas, & ad honorem tum superstitionis, tum mortuorum illuc statutas. Aureas Ptolemæo Soteri magni ponderis dicatas, ac super sedibus positas, quas per solennem pompa traducebant, refert Athenæus 5. cap. 5. qui & cornua aurea in quibusdam itidem sedibus circumducta coronæ vicem testatur. Cornua, inquam, diadematis instar habebant apud veteres, potentiaz omnino, quin etiam diuinatatis significatione. V. quæ congerit Carol. Paschal. de coron. lib. 10. cap. 4. vbi delicias nimium facit in cornuum laudibus persequendis: suæ autem observationi pondus nonnullum adiecisset illustri hoc testimonio Athenæi. Voluisse quoque, vt in eo eruditio commen-

tario non reliquisset indictum, quod nunc leui articulo tangimus de coro.

coronis sellarum gestamine. Sellam igitur Cæsaris auream memoriat Dio lib. 44. pag. 243. ac super ea gemmis, & auro insignem coronam, qui honor alioquin Dijs tributus ἔχει τοῖς τῷν θιάν inquit Dio. Corn. Nep. in Eumene, *Sellam auream cum sceptro, ac diademate.* Tacit. 2. ann. cap. 83. *Sedes curules Sacerdotum Augustalium locis, sum perq; eas corone querne statuerentur.* Lips. ad hunc locum. Præcipud autem in sellis curulibus hæ coronæ. Icones è nummis protulimus alibi. Adde & argenteum Titi sub n. 7. Nonnunquam rami laurei, aliaue symbola, & αγαθήματα Heroum, aut Deorum. Sic fulmen Ioui sacrum super Curuli in nummo Cn. Domitij Aenobarbi, quem exhibit Guther. de vet. I. Pont. 3. 9. pag. 289. Sic galea in Palladis, vt opinor, cultum apud Vrsin. in fam. Cestia p. 57. & in Norbana 176. Cornucopiae, & libra in Licinia 139. Hinc atq; illinc ramus, iaculum, corona, litus in Cornelia 74. & quod magis notabile, curulis pedes iacentem thyrsum pro solo habent in Valeria 269. eo i. atlulum, quodd Val. Messalla Liberalia, siue ludos Bacchi ediderit, cuius numinis inter cætera gestamen thyrsus. Ac morem tandem statuendarum in sellis coronarum eruditè obseruatum vide ab Ezechie le Spanhemio laudata dissertatione de vslu, & præstantia veterum numerorum pag. 186. Ac nos sup. cap. 14. pluribus.

### C A P V T   X X X I I .

Insignia. Εστιλικὰ σύμβολα: *symbola imperantium. σύμβολα τὸ αρχόντων.* Signa. *Vestes σημειώτας:* clavatae. *Vestis πλατόσημος:* Laticlavia. Insignia Magistratus. Ornamenta. Flaminij decurfa insignia. Honor ornatorum. *Iudicaturi sedentes.* Dies sese sionum. Actus rerum. Sedere: ius reddere. Præsidere. Præsidatus. *Præsidebant ludis Imp.* Primæ cathedræ. πρωτοδρία, πρωτοκαθεδρία. Olympionicis data, ciuibusq; benc̄ meritis, atq; in sua arte præstantibus. *Eadem ad mensas.* Platonis, & Xenophontis lux. Præcellentissima sedes. Magnifica sedes.

**S**atis haec tenus inspeximus sellas, quibus aliqua honoris, aut excellentiae insidet significatio, vt earum quodam ceu famulatu Bisellium nostrum illustrius redderetur. Pleraque simul alias, saltim celebriores in veterum scriptis, earumque usum ac rationem non

non pœnitendo excursu adnotare vistum nobis fuit. Sed vereor plus  
rimū, ne quis Lucilianum non occinat, *Manessa obsonia vincit.* Qua-  
re modus tandem adsit: ne forte verus alia querimonia lectori nostro  
exprimatur, *sedendo lumbi dolent.* Surgamus igitur à sedibus ceteris,  
ut ad vnum Bisellium, coniecturasque de illius Honore meditandas  
progrediamur.

Solenne, ipsum sedendi ius, arg. auctoritatem quoddam in se hor-  
noris, & dignitatis instar habuisse vsu, rituque omnis ævi, tam notum  
est, quam frequens, & commune hominibus, ipse actus sedendi. Hinc  
illæ formulæ, & ciuilia verba, *Sedendi, Presidendi, Assidendi*, quas in  
iudicijs, consiliis, imperijs significandis adhibebant. Sed videor non  
minimum factus prestitum operæ, si id vnum dicendis præstruxero,  
*Insignium*, siue *Ornamentorum nominibus fuisse honores*, ac potes-  
tates non raro expressas, ac demonstratas. Neq. in Romana id poli-  
tia nouum, aur insolens; neque apud alias gentes. Sic enim clavis,  
annulus, vitis, fasces, gladius, carpentum, sella, &c. pro honoribus,  
quorum ea sunt splendida ornamenta, ac decora supellex; ac dicemus  
infra cap. 34. *Insignia* dixerunt Latini. Liu. lib. 1. *Iura dedit, qua ita san-*  
*cta generi hominū agresti fore ratus, ac si se ipse venerabilem insignibus im-*  
*perij fecisset.* De Romulo loquitur; egregie interim monens ab extera  
illa imagine, & apparatu splendoris trahi animos in obsequium, & ad  
dignitatis excellentiam cogitandam perduci. Flor. 4.2. *Regni insignia.*  
*βασιλικὰ σύμβολα* Herodiano in Pertinace. Prudentius hymn. 14.  
Peristephane.

*Fasces, secures, sella, praetexta, roga,*  
*Lictor, tribunal, & trecenta insignia,*  
*.Quibus tumetis ——————*

Sic Gracis, ut Iustian. nou. 24. τὰ δὲ ἀρχῆς παράσημα, *insignia ma-*  
*gistratus*, & nou. 25. cap. 6. τὰ σύμβολα τὸ ἀρχόντων, *Symbola Im-*  
*peraniūm.* Quandoq. σημεῖα, *Signa*, & *Insignia*; sed speciatim pro  
Clavio. Vnde σημεῖα, vesteres, clavata; & vestis πλατύσπινος, *La-*  
*ticiaria.* V. ad Lampridij Alexandrum par ingens enarratorum Ca-  
saub. & Salmas. Vlp. 1. 1. §. casum D. de postul. *Insignia Magistratus.*  
Adi Brisson. 3. select. 14. ex quo Gothofr. ad d. l. primam. Alter  
*Ornamenta.* Cic. pro Sext. *Indignus ordine equestri, cuius nomen reti-*  
*net, ornamenta consecit.* Item *Ornamenta dignitatis orat.* pro Marcello,  
aduertitq. Jacob. Guther. de off. D. A. 2. §. Lamprid. in Alex. cap. 48.

*Orna-*

*Ornamentis imperialibus, & melioribus, quād ipse vrebatur, afficit.* Apud Gruter. Inscript. 372. 7. *Decurionalibus Ornamentis, & ob Honor. Ornām, Decurion. & 375. 1. Consularibus ornamentis honorato.* Antoninus Pius, *Prefectos suos locupletauit, & ornamenti consularibus donauit; Capitول. in vita.* Tacito 13. ann. *Ornamenta Consularia, vbi de Asconio Labeone, & Primo Antonio: & 4. hist. Ornamenta Praetoria, vbi de Cornelio Fusco, & Arrio Varo.*

In tantum equidem, vt *Insignium* vocem pro honoribus, & iniūcīem usurpatam reperiam. Notabilis locus in l. 21. C. Theod. de *Decurionibus, Post Flaminij decursa insignia: h. e. honorem, actum, & ministerium Flaminij, siue Sacerdotij.* Contra *τιμὰς ἵπατερικὰς, & ὑπατερικάς* vocat Dio, *Honores Consulares*, lib. 36. & *τιμήν τιμῶν* *triumphales honores* lib. 60. pro eo quod Latini *scriptores Ornamenta, & insignia Consularia dixere.* Quandoq. simul expressæ voces & Honoris, & ornamenti, Crut. sup. *ob Honor. ornament.* Lamprid. in Commodo cap. 4. *Per Laticlauj honorem.* I. C. l. nuper de donat, inter vir. & vxor. vbi de donatione *Honoris causa*, inquit, *Vt si uxori viro latīclauj petendi gratia donet.* Sic quoq. in epigraphe nostra *Ob Honōrem Bisellij.* Nam igitur constat in ipso sedendi actu dignationem, atque auctoritatem inesse. Quare inter ritus iudiciales, vt Iudicaturi sedent; quod notissimum in religione forensi. Notat quædam Elmenhorst. ad Minucij Ostau. pag. 4. Pollet. Fori Romani pag. mihi 36. Neque alio sensu *Dies sessionum* inter pragmaticos, cùm litium, causarumque cognitiones expediuntur, Græcis αὐγοπαιοῖς hoc est forenses. Demostheni ὁρ̄ις ἀ δίκαια ἐστὶ, cùm iudicia excentur. Latinis *rērū aētus.* Suet. Aug. 32. & Iapē alibi apud eundem. Plin. 9. epist. 25. Opponitur *ferijs*, aut *Rebus prolatis*. quæ & *Institia*, aut *tribunalium silentia*, cùm tria verba non licet profari. Dixerit I. C. Vlpianus l. 2. §. dies D. quis ordo in bon. poss. *Sessions erunt nobis compendiae, quibus sedet, &c. & sedere ἀπλῶς pro Ius reddere l. Diuus de in integr. restit.* V. Guther. lib. 2. cap. 16. de off. D. A. Planè igitur sedere *dīκασικῶς*, & *θασιλικῶς*, vt vocat Io. Chrylost. in psal. 7. h. est iudicij, atque imperij. Adde quæ sup. de Assessoribus.

Nihil mirum, si tam ambitiosè experita, tam audie accepta, tam consultè decreta sedendi prærogatiua: quo vno, ceu amplissimo premo virtutem satis bene mactatam centebant, tum qui acciperent, tum qui deferrent. Non ab ludunt hinc obseruata in Amoenitatibus I. cap.

cap. 28. ab amoenissimi ingenij, politissimæq. literaturæ viro Aegidio Mænagio. Non aliunde Latinis *Præsidis dignitas, & Præsidere, & Præfidatus.* Gr. προσδρια, & πρωτοχαθερπια, qualem εν συναγωγαις Pharisæi affectabant, increpante Christo apud D. Mattheum 23. 2. hoc est *Primas Cathedras in Synagogis ex vulgata versione.* Nempe ordine locabantur eæ sedes, aut cathedræ, primæque tanquam dignissimæ habitæ. Sic apud Hermam in Past. 2. 12. *Exaltat enim se, & primam cathedram habere vult.* Olympionicis certè, quos diuinis prope honoribus afficiebat Græca adulatio, nihil maius proedria spopondit, ac repræsentauit. Adi in Agonist. lib. 2. 27. P. Fabrum, cuius scripta faberrimæ eruditioris officinam reperies. Quod, si ipsi quoq. Romani. Principes, dum habenas maximi imperij regerent, eandem præsidendi libenter occupabant dignitatem? Neque n. ij semper præsidabant apud Senatum, vel in spectaculis, aut alibi. V. Guther. 1. 12. de off. D. A. erat autem ea Proedria, aut *Præsidatus*, cùm quis publicis actibus, vel munijs præsidebat, maiestatemque, & auctoritatem præsentia commodabat. tunc igitur dignior loco, & eminentior sedes præsidenti apponebatur. Si quando igitur præsedissent Imperatores, narratur a scribentibus. Suet. Aug. 26. Cùm mane pro eade Capitolini Ionis paullulum curuli sella presedisset, & cap. 35. Ferroque cinctus presedisse valentissimis Senatorij ordinis amicis sellam suam circumstantibus. Plinius iun. epist. 2. 11. de Traiano, Princeps præsidebat, erat n. Consul. Suet. Tiber. cap. 6. *Præsedit & Actiacis ludis,* de Neronne cap. 12. Nam perraro præsidere, caterum accubans primum parvis framinibus, dein toto podio adoperto spectare consueverat. Spartanus Residere dixit in Adr. cap. 19. Multa in Athenienses contulit, & pro Agonotheta resedit. Dio lib. 59. p. 645. εν ποιδης spectare in theatris, ac ludis, quomodo consueisse Caligulam illic tradit. Tacit. 13. ann. 5. de Agripina, descendere suggestum Imperatoris, & præsidere simul parabat. Hanc proedriam (vtar hoc verbo) fæminis Augustis ambitam liquer, & usurpatam. Dio lib. 58. de Messalina τινω προσδρια, οντις Λιvia σχήμα, Proedriam, quam & Liuiam habuerat.

Spectatiorem in sedendo locum ad spectacula etiam apud Romanos ij promeriti, qui ciuicam obtinuerint, de quibus Plin. 16. 4. *Scendendi ius in proximo Senatu.* Neque id Olympionicis tantum apud Græcos traditum; sed ad certaminum aliorum, ludorumque victores ea præcellentia translata: cum qua ferme adiuncta immunitas; sicuti

& de Ciuiis donatis idem Plinius. Vacatio munericum omnium ipsi, pa-  
trique, & auo paterno. Gruter. 419. 11. καὶ προεδρία, ἀρέλατα, &c.  
& Proedriam, immunitatem, &c. & 1159. 11. προεδρία εἰ τοῖς αὐγῶν  
Proedria in spectaculis. V. & Selden. marmor. Arundel. pag. 42. & 43.  
vbi ea sedis præcellentia decreta ob ciuis liberalitatem in patriam.  
Ciuibis namque de rep. bene meritis, insigniue aliqua virtute claris,  
suaq. in arte summis, eadem dignioris sedis præstantia collata: quod  
ex Aristophane in Ranis 3. 1. colligere est. Hoc namque honore  
augebant.

Ἄριστον ὅντα τὸ ιαυτὸν σωμάτιον, ut loquitur Comicus, hoc est præ-  
stantissimum in sua arte. quod etsi apud inferos factum iocose tradit  
Aristophanes, illinc morem apud Atticos eruit Sam. Petrit. ad II. pag.  
426. Alias hæ sedes ad mensam Homericis temporibus ante vsum dis-  
cumbendi: atque heroibus in honorem, ac fortitudinis præmium di-  
gniori loco statutæ. Neq. alio sensu (quantum coniicio) Plato in rep.  
lib. 4. iuuenes strenuos de Homeri sententia præmijs, atque honorib-  
us esse inflammandos ad virtutem, & gloriam admonuit, ἐδραῖς τε  
καὶ χρόαις, καὶ πλεύοις δημάσαις, sedibus, & carnis, & plenis pan-  
teris eos donando. Sedibus, hoc est proedria, inter epulas, ac fercula,  
de quibus illic vna loquitur. Sic apud Aristoph. suprà non absurdè  
exponerem eam proedriam inter conuiua; cum & isthic iungat οἴνο-  
νι τὸ Πρυτανικόν, victum in Prytaneo. At cum discumbere cæperunt,  
ipſi quoque primi discubitus tunc expetiti; quod Pharisæis itidem ex-  
probratum eo loco D. Matthei, quos vocat πρωτοχλιστας εἰ τοῖς  
δημονοῖς. Neque aliter Cyrus (de quo Xenophon in Pædia lib. 8.) præ-  
stantes ciues δώροις, καὶ αρχαῖς, καὶ ἐδραῖς, καὶ σάσαις τιμaiς  
ἴγεφαις, donis, & magistris, & sedibus, & omnibus honoribus ex-  
ornabat. iterumque ib. Duces, atque optimates inuirabat, ἀγαθοῖς  
ἔργοις προσβεῖ καὶ τιμωράτεις ἐδραῖς, ut præclarè gestis ad honestiss.  
sedem peruenirent. Utroque ἐδραῖς licebit exponere digniorem sef-  
fisionem, tum ad mensam, tum alibi. & verò ipſam quoque, qualis est,  
ē materia factam sedem, qua donari honorificum. V. quæ sup. dixi-  
mus cap. 12. notarque ex Romanorum more Brisonius de formul.  
lib. 2. adde Ludouicum Aurelian. ad Tacitum. quod verò τιμωράτης  
ἐδραῖς est Xenophonti, si pro fastigio honoris, aut dignitatis accipias,  
planè compar quæ in l. 5. C. de aqueduct. Precellentissima sedes P. Pra-  
torio dicitur; alibi Magnifica sedes. l. 3. C. Vbi Senatores, vel Clা-  
ac

ac s̄pē in constitutionibus Imperatores suam *sedem amplissimam*, *celsissimam*, &c. magno cum tumore apparatuq. verborum solent appellare. Quando igitur tum *sellæ* ipse pro vario illarum *generis* (quod superius demonstrauimus) tum *sedendi ius*, ut nuper dicebamus, quandam aut *præstantiæ*, aut *dignatis tesseram nobis repræsentant*; noster quoq. lapis haud *immérito Honorem* cum *Bisellio* copulat. Sed huic honoris appellationi quid propriè subsit, magis partite nunc perquiramus.

## C A P V T XXXIII.

**Honor.** Honorati: *qui in magistratu.* Honorati, *pro duumuiris.* **Hu-**  
**mo onorato.** Equi honorari. *Solicitata Proprietij lectio.* Ludi Ho-  
norarij. Honoraria dedicatio. Honorarius Prætor: *aliter exponi-*  
*tur, ac C. A. Ruperto.* Cani Honorati, Consul Aquarium, Venale  
Velum. Honorarij tituli. Honorarij codicilli. *Honores codicille-*  
*res.* Honos: *ornamentum, splendor, existimatio:* Inhonoratus: Ho-  
nor: *donum, pretium, merces.* Honorarium.

**H**onoris nomen, quatenus in re nostra partes habet, & Bisel-  
lio conuenire potest, iam reputemus. Est autem honor  
idem ac Magistratus, Præfectura, Imperium, publicæ rei  
administratio. Sciunt qui dentire incipiunt in legali scientia *Ius Hono-*  
*rarium*, ita vocari ab Honore, seu Magistratu; et si magis propriè Præ-  
tura urbana id sibi assumpst. l. 2. de Orig. l. l. 7. de Iust. & Iure. Nihil  
tam dictum, ac perugatum.

— latnis plebeio rectus amictu

Omnis Honor. — — — — — Lucan. 2.

hoc est qui erant in magistratu. *Si interuenierit honor.* l. 3. D. manda-  
ti, & *Honoris causa.* l. nuper de donat. inter vir. & vx. Hinc *Honorati*,  
qui in Magistratu, ἐν αρχῇ, aut ordinis dignitate, vel qui gesserunt  
honores. Titulus est Cod. lib. xi. de *Honoratorum vehiculis*: quo semi-  
fu *Honorati* in l. *honorati* 1. C. de off. Iud. Ciuil. & *Honoratis viris* l. 3.  
C. de off. diuersi. Iud. Adde Valentiniani nouellam de *Honoratis*. In-  
script. Gru. 279. 3. *Honorati*, & *Decuriones*, ubi *Honoratos* accipio pro  
duumuiris, aut alio summate magistratu in municipio; quatenus ni-  
mirum diuersi sunt à Decurionibus. Neque enim semper *Honoratis*

simpliciter sunt ipsi Decuriones, ut voluit Pancirol. cap. 1. de municipl. magistrat. Idem Grut. 330. 3. *Honoratis, & populo.* quod aliter *Plebs urbana, & honore vbi.* 343. 6. 387. 8. 392. 1. 471. 3. *Plebei, & honore vbi.* 487. 8. *Honor. in cur. functus.* 1014. 2. Tandemque *Omnibus Honoribus, &c. functus, & Ob honorem, &c.* quomodo in lapide nostro passim reperies si ad Herculeum Gruteri opus Scaligerianos excurras indices; quos ego totidem appello Atlantes male fulti aliquin laboris.

*Verbag; honoratus libera Praetor habet.* Quid. 1. Fast.

*Gessit honorata regia sceptra manu.* 3. de Ponto.

Cic. 1. de offic. *Hominis Honorati, & principis.* Horat. 1. epist. 1. *Liber, honoratus, pulcer,* &c. V. plura notantem Iacob. Gorhofr. ad Cod. Theod. tit. de offic. iud. Civil. 1. honorati 1. Nobis quoque perfamiliaris ea loquendi ratio *Huomo honorato,* &c. Albinouan. ad Liuiam. *Inter honoratos excipiatur avos.* Patrcul. lib. 2. de Mecenate, *Cesari charus, sed minus honoratus.* Coronas lemniscatas Seneca *Capitis honorati vinculum* appellat. Lamprid. de Seuero in vita cap. 40. *Honoratos quos pauperes verè non per luxuriam, aut simulationem vidi,* &c. iterumq. Cùm quidam ex honoratis vita sordida, &c. Non est quod Casaubonus pro Honoratis legat hīc Inhonoratis, quem duplicitis erroris meritò arguit Guther. de off. D. A. lib. 1. 14. *Scansilia gradus sunt, ubi honorati in sedibus herent.* Isidor. 20. 11. *Tanias,* &c. ornementum capit. honorati Fest. Sic, *Pratura honoravit, ac statim Pannonyjs imposuit,* Spartian. in Adr. Perinde ac Erruscè vulgo diceremus *Honorato della Pretura,* &c. Quin etiam Tacit. 1. hist. Pontificatus, *auguratusq; honoratis sam senioribus, ne barbarum putemus.* Grut. 586. 6. *Vitas. honor. Dec. Cos. & Pr.* quod explices *Vsator honoratus Decuria Consularis, & Praetoria.* Grut. 68. 3. *Honoratus in tribu Patrum, & liberam clientium ascensus,* &c. Ipsi equi currum Praetorium ducentes Honorati audiunt. V. Scalig. ad Proprietij carmen ultimæ ultimum elegiæ.

*Cuius honoratis ussa vehantur equis.*

Etsi Passeratius *Aquis legit, placuitq. Turnebo 23.7.* At equis mauult Pancirol. var. lect. 1. 32. repetitque ad enchirid. Pomponij C. A. Rupert. cap. 11. qui & *Honorarios ludos exponit Praetorios.* Non tamen id semper verum; cùm & in aliorum Magistratum, Aedilium, Quæstorum auspicijs, ac functionibus, & in ipsis municipijs dari ludi, & usurpatus ille titulus. quo sensu fortasse apud Grut. 100. 5. *Honorians*

riam dedicationem. Reperio & apud Festum, Honorarios ludos, quos & liberalia dicebant. Eidem Ruperto Honorarius Prætor apud Ouid. legitur versu, quem sup. apposui 1. Fast. Sed pace summi viri retinendum arbitror Honoratus: alioquin Prætorio honori, quem illic assertere conatur Rupertus, potius detraheretur, si Honorarium Prætem maller; ex consuetudine; namq. Latini Sermonis *Honorarium Consulem, Praefectum, Senatorem, &c.* dixerunt, qui actu, ac ministerio non esset talis, sed in solam speciem, atque imperatis codicillis: qua de remox dicemus. Capillos, siue Canos Honoratos Ouid. vocauit 10. Metam. v. 9. vbi de Niso.

— — — — — *splendidus ostro  
Inter honoratos medio de vertice canos  
Crinis inheret &* — — — — —

Prætermitto prudens, quæ Honoris significatu venirent: siue cultus, atque obseruantia in aliquem, ac si ille in honore esset: siue humanitas, ac benevolentia: siue indicium, ac significatio egregiae de vlo opinionis: & quæ super ea voce affert Non. Marcellus. Ut instituto nostro hæreamus, aliam notionem exequimur, qua *Honorem*, non expressè, ac propriè Magistratum, aut publici muneris vsum signamus, sed speciem tantum illius, atque imaginem, velut titulo tenus; vel ilinc tandem decus, & ornamentum. Hinc *Honorarij tituli dignitatum nullo laborioso administrationis actu*, vt loquitur Imperator l. 187. C. Theod. de Decurion. & *Praefectoria dignitas honoraria* Iuliano in nouel. 70. quo spectant *Honorarij Codicilli*, de quibus est integer tit. C. Theod. Sic Lampridio in Alex. cap. 49. *Pontificatus, & quindecim viratus, & Auguratus Codicillares*, quoniam Codicillis deferebantur. V. Cassiodor. 6. variar. 10. *Muneris exfortes, nomine participes* cum Ausonio dixeris, aut quomodo 2. hist. loquebatur Tacitus. *Honor imperij penes Titianum fratrem ius, ac posessas penes Proculum Praefectum.* V. Iacob. Gurher. de off. D. A. lib. 1. cap. 13. & seqq. vbi de Honorarijs Consulibus, alijsque dignitatibus. Suet. Claud. cap. 1. *exercitus honorariorum ei tumulum excavarit.* Nec minus Honor pro ornamento, atque existimatione ad laudem Ouid. 1. Fast.

— — — — — *matres carpente vehebant,  
Mox honor eripitur.* — — — — —

Flor. 4. 2. *Omnis in unum Principem congregati honores, templa, imagines, &c.* Tacit. 2. ann. *Honores, ut quis amore in Germanicum, aut ingenio validus*

*tidus reperti: ut sedes, &c.* Cic. ad Atticum 5. 21. *Nullos honores mihi, nisi verborum decerni sino: statuas, fana r̄ibet p̄ta prohibeo.* Grut. 426. 8. *Statuam, & honores, quos cuiq; plurimos, &c. & passim Honore accepto, & Honore contentus, &c.* consule indicem: ea s. qua dicebamus notio-ne. E' diuerso *Inhonoratus* Suet. Claud. cap. 11. *Ne Marcum quidem Antonium in honoratum, ac sine grata mentione transmisit.* Quòd si inani splendori vtilitas accesserit & fructus, multò magis id nomen compe-tere videbatur. Cic. 16. ep. 9. *Curio misit, ut medico honor habeatur, vbi de munulculo.*

*Virginis hoc pretium, atque hunc reddamus honorem.*

Lucil. apud Non. Cæsar. 2. de bello ciuili 21. *Quibusdam ciuitatibus habitis honoribus, &c.* Terent. Eunuch. 5. 7. *Hic pro illo munere tibi ho-nos habitus est.* Cic. pro Roscio, *Quod viris fortibus, &c. bonos habi-tus est, &c.* V. Carolum Langl. otij senestr. 6. 2. *Quod apud D. Mat-thæum est cap. 15. t̄pūnēs, & t̄pūt̄, de dono, ac beneficio expli-cant, vbi D. Hieronym. 2. comm. Honor, &c. in eleemosynis, ac munc-rum oblationibus sentitur: collatisq. alijs testimonij sacrae pag. sequitur Cl. Grotius de I. B. & Pacis lib. 2. cap. 13. n. 7. Adi & Iuretum ad Symmach. p. 302. Neque aliter apud Consullos Honorat testator, qui legat, ac relinquit; & Honoratus est hæres. Arnob. 5. *Donis silvestri-bus honorari.* Grut. 111 5. 8. *Dono, &c. honoratis sunt.* Macrobi. 1. 3. sat. *Annulo aureo honoratus, h. e. donatus.**

*Scriptor honoratum si forse reponit Achillem.*

Horat. epist. ad Pisones. Vlp. l. 1. de postul. *Nisi in arena passi sunt ho-norari, h. e. dona, & auctoramenta accipere.* Suet. Aug. Nulliq; Graco certaminis interfuit, quo non pro merito certantium quemq; honorauerit. cap. 45. *Honorarium, quod euntibus in Provinciam Magistratibus; quod item Iudicibus, magistris, &c. dabatur; cuius passim exempla.* Contra *Inhonoratus*, qui sine dono.

*Nos in honorati, & donis patrilibus orbi.*

Ajax apud Ouid. in armorum iudicio. Idemq. 8. Met. n. 280.

*Quaq; in honorate, non & dicemur inalte.*

Sicuti pro iniuria, malum honorem dixit Gell. Plura nos in nostro syn-tagmate de vniuersa donorum ratione apud Vett. Quòd si firmior sup-perat valerudo, atque otium felicius, Deusq; annuat clementissimus, non curti opus laboris, ad umbilicum quandoque perducemus, & pu-blicæ lucis periculum.

## CAPVT XXXIV.

*Insigne honoris pro honore ipso.* Latus clavus : Senatoria dignitas. Honor laticlavi. Vir Laticlavius. Tribunus Laticlavius. Octau. Ferrarius isterum landatus. Angustus clavus : Equestris conditio. Tribun. angusticlavius. Aureus annulus Equitam tessera. Olim militibus datus in Rep. Ab Imp. dein impetratus. Census cum aureo annulo requiritus. Liberti aureo annulo ingenuitati redditii. Natorum honos. Vulgatus aur. annulus, & ingenuitas. Vitis : pro Centurionatu. tipu, honor appellata.

**V**Trolibet igitur sensu capiamus Honorem in epigraphie nostra, non temerè videbitur accommodari : siue pro ornamento, atque externa dignitatis tessera : siue pro magistratu, ac ministerio publico, quod per Bisellium denotetur. Fermè .n. ornamenta, aut insignia honorem arguebant : eorumque descriptione, magistratus ipsos, ordinisue, aut muneric statum indicauerunt. Supra in vniuersum statuimus ; vno nunc autem, atque altero exemplo confirmare primum est, & obuinm ex vsu Romanæ politiæ. Quis necit, *Laticlavij*, aut (quod idem est) *Vestis Laticlaviae* gestamen, atque vsum Senatoribus Romanis olim datum, tanquam amplissimi ordinis Symbolum ? Inde factum, vt tam sàpè pro Senatoria dignitate *Latus clavus*, siue tunica laticlavia dicatur, quoniam insigne erat eius ordinis. Hinc *Honor Laticlavij*. Lamprid. in Commodo cap. 4. Per honorem *Laticlavij*, quomodo in nostro lapide, Ob Honorem Bisellij. & I.C. l. nuper de donat. inter vir. & vxor. *Honoris causa*, &c. ut *Laticlavij* petendi, &c. & *Laticlavius* nullo adiuncto idem ac Senator. Suet. Ner. 26. à quodam *Laticlauio*, cuius uxorem contrectauerat. Sic *Tribunus Laticlavius*, qui ampliore dignitate vtebatur. De hac autem tunica, & insigni Senatorio Sigan. lib. 3. de iudic. ex eo, atque alijs concinnator antiquitatum Rosinus lib. 5. cap. 33. Sed qualis fuerit ille clavus, aut ea vestis clavata, à nemine aut melius, aut tutius condiscet, quam à Cl. Octauio Ferrario in Palladia Rep. verè laticlauio, de re Velt. lib. 3. p. 1. cap. 12. & seqq. Non ignoro variatum aliquando fuisse in hoc more, & quandoque non Senatoribus Senatorium hunc clavum indulatum ; sed id extra ordinem ab Augusto filijs Senatorum. V. Suet. Aug.

Aug. cap. 38. & ibi Casaubon. Aliud tamen est ornamenta indulisse : aliud summæ curiae dignitatem cum actu permisisse. Loquimur interim sub Rom. Rep. ac meliori æuo. Sic aliud *Iustus triumphus*, aliud *triumphalia ornamenta*, vt legimus apud Suet. Aug. cap. 38.

Diuersè igitur qui intra equestris ordinis mediocritatem permanerent, neque altius adipirarent, angusti clavi vestem, non tam ampli luminis decorè ornatam induebant: quod Lamprid. in Alex. Seu. ita expressit, *ut equites Romani à Senatoribus clavi qualitate discernerentur*; eius nempe angusticlauiæ tunice vocabulo cum ordinem, statumque ciuilem innuebant. Patercul. 2. de Mecenate, *minus honoratus*, (en honoris mentio) quippe vixit angusto clavo penè contentus. Suer. de patre suo in vita Othonis cap. 10. *Tertia decima legionis Tribunus angusticlanus*. Pro angusto clavo, arctum appellauit Papin. 6. Sylu.

*Contentus arcto lumine purpure.*

Ouid. — — — *clavi mensura coacta est.*

Adi eundem Ferrar. cap. 14. 16. Lamprid. sup. *clavi qualitate*, h. est quantitate, quod Casaub. notat, vt ὄμοιος pro Ἰεροῖς Veteribus.

Consimile quid de aureo annulo afferre quem iuuet: quod equestris itidem ordinis Symbolum fuit, & character. Nec raro proinde meminerunt scribentes, tanquam si equestrem ciuitatem demonstrarent. Mart. 8. 5.

*Dum donas Macer annulos amicis,  
Defisti Macer annulos habere.*

Acuto sarcasmo Macrum pungit vates; dum .n. Macer inconsultè donans patrimonio excutitur, definit annulos habere; aureos .l. & censum equestrem. Neque aliter Iuuenal. sat. 11.

— — — *digito mendicat Pollio nudo.*

equitem Romanum, sed prodigum, & fortunæ equestris liguritorem notat. Suet. Galba 10. *Equestris ordinis iuvenes, qui manente annulorum aureorum usu euocari appellaruntur.* Macrobi. 1. sat. 3. *Laberius in fine ludorum aureo annulo honoratus à Cesare*; hoc est censu, & ordine equestri: & lib. 3. cap. 14. vbi de Roscio, de quo etiam Plin. 33. 2. Sed obuia sunt hæc cuiq., & vulgaris noræ mercimonia. V. tit. D. & C. de I. ann. aureor. & ibi interpretes, inter quos Gothofredum. Adde Franciscum Amayam plenè alios laudanteū ad tit. Cod. si seru. aut libert. n. 47. ad deinceps. Nouissimè Kirchn: an. de ann. cap. 16. & 17.

Sed

Sed quamvis extra oleas sim facturus, permittat mihi lector, ut his  
see aureis annulis *τηρησίδω* insculpam, quod aliorum fortè oculos  
aut fecellit, aut fugit; dum tam secure opinantur hoc ius, siue vnum  
aurei annuli purum putum esse indicium, & characterem equestris  
ordinis. Imò namq. si rectè perpendimus, quoties de hoc iure annu-  
lorum indulto legimus in libris veterum Prudentum, ingenuitatem,  
aut verius imaginem ingenuitatis reperiemus collaram potius, quām  
equestrem ordinem, aut dignitatem. Facile cūius patebit, qui vtrumq.  
euoluerit titulum tam Digestorum, quām Codicis de I. agreor. ann.  
Solis s. libertis donatum fuit illud ius aurei gestaminis, cuius splen-  
dore impressam discuterent notam libertinæ obscuritatis, fierentque  
honorum capaces nullo metu legis Viselliæ. Et quidem si de ijs quæ-  
rismus, quibus narrant historiæ id facultatis collatum, plerosq. omnes  
ē libertino genere deprehendemus. Intelligo autem quatenus de eo  
iure Constitutiones Ciuiles loquuntur. Alijs namque temporibus alia  
fuit gestandi annuli ratio. Et quidem ante Augusti ævum ob milita-  
rem præcipue virtutem id præmium collatum, vt de Herennio Gal-  
lione, quem Balbus quæstor donavit, constat ex epistola Pollionis ad  
Cic. inter Ciceronianas 10. 3. A Magistratibus namque indulgeba-  
tur, quomodo Sylla dictator Roscium honorauit telle Macrob. 3. Sa-  
turn cap. 14. Postea sub Augusto, & infra ab Imperatoribus impe-  
trandum erat illud ius. Num in militia, an in vrbe annulis vñ fuerint  
equites, & quo ævo id usurpatum expendit Kirchmann. cap. 15. de  
ann. Cæterum qui milites in bello olim donati fuerint tradit Tullius  
3. Verr. V. & Læmprid. in Alex. Seu. sub quo milites accipiunt: sed  
alio sensu, ac respectu, ac in titulis legum Ciuium, quantum existi-  
mo. quo iure inspecto, exempla si percurrimus, occurrit omnes li-  
bertini. De Asiatico liberto Suer. in Vitellio cap. 12. De Icelo idem in  
Galba 14. De Antonio Musa Dio. 53. Zonara 11. De Mena ibid. Dio.  
De Etrusco Statius 3. Sylu. in Lacrymis Etrusci. De Pallante Plin.  
8. 5. epist. De Macrino Capitolin. in vita Opilij Macrini cap. 4. vt  
multos omittam alios.

Vtique autem pollice adprobo quod doctissimus idem Sigonius  
monuit, non statim aurei annuli beneficio in equestrem ordinem  
fuisse transcriptos qui acceperint, nisi etiam census, aut fortunarum  
præscriptus modulus accessisset; quod à Tiberio institutum, ne tam  
facile vulgaretur ille decor equestris. Indulserat namq. Aug. quibus

A a

ipfis,

*ipſis, parentibus ſuo equeſter censuſ unquam fuiffet. Suet. c. 40. Aug. V. Kirchman. d. cap. 16.* Neque illud negarim in allatis nuper exemplis plurimum cum aureis annulis fuiffe collatam medij ordinis dignitatem. Sed præcipiuſ ille finis, quem ſpectarunt, erat reddendæ ingenuitatis, eradendæque cicatricis, ſi quam vulnus feruitur, ut ut manumisſione ſanatæ, reliquififeret. Quare arridet apud Papinum legere Sylo. 3. de laudibus Etrufci.

*Mutantque genus, leueque ignobile ferrum  
Exuit, & celſo natorum equauit honore.*

Vbi maluit Salmas. ad Capitolini Macrinum cap. 4. *Celſe natorum;* mirificè ſibi placens, quod celſe natos ſagaci coniectura equites efficit indicauerit. Præstat, inquam, per ea, quæ nuper monebamus, vulgariam leſtionem tueri: quoniam præcipuum, ac maximum beneficium ex Annulis, atque *Honoſ celfuſ*, ſummeque appetendus ille erat, *Natorum* communi conditione (quali ſ. omnes naturā nalcuntur) & ingenuitate donare; quod & aliter *Natalibus* reſtituere dixerunt. Quam leſtionem, atque interpretationem idem Amaya tuerit, nostroque huic ſimul fauer adnotationis excuſu. Et quidem vel inuitu Tiberio adeò increbuit deinceps, an potius euiluit illud ius, ut vulgo cum manumiſſione aurei quoq. annuli honor ambiretur. quod relpexit Tertull. cap. 57. de Resurrecione, vbi de manumiſſione loquens, *Vestis alba nitore, & aurei annuli honore, & patroni nomine, ac tribu, mensaq; honoratur.* Atqui Tertull. iura Rom. non ignorauit; ſiquidem inter veteres Consultos nomen signauit, quorum responſa celebrantur in legum voluminibus. Sed quæ diximus, ſuis ſunt moribus, temporibusque Romanis apranda. Neque n. omni ævo in illa Repub. aut imperio, uſu, atque honor annuli aurei, tellera fuit equeſtris ordinis; neq. ſolum iſtius. Sicuti & nouella Iuſtiniani 78. cap. 1. & 2. omnis ſolennitas ingenuitatis tradendæ per hoc ius aurei annuli ſubmouetur, omnisque labor impetrandi remittitur, quoniam cum ſola manumiſſione plenum ingenuitatis beneficium, Romanæque ciuitatis integra honestas intelligitur accessiſſe. Consulantur qui ſup. ne præter rem nimium lubricā excurrat rotā.

Possem hīc interiungere, & uteriori Symbolorum examine abſtinerē: ſed *Vitis* ſub manu adnaſcitur, quam piget defererē, ac ſine villa, vel tenui ridica adnoramenti fulcire. Scio quod multi dicere occuparunt, ac plena ſunt triuia philologorum. Lypſium conſule de Milit.

Milit. Rom. 1. 8. & 2. 8. & 5. 18. Promotib; lapidem Grutet. 522. 6.  
 Augustæ Taurinor. & mihi vitæ dederit, &c. Vitæ, h. e. Centurionatum, cuius ea Symbolum, insigne, aut gestamen: explesse autem Eusebio vitis, Honor appellatur lib. 7. τιμὴ τῆς ἱσὶ παρὰ Ρωμαῖοις τὸ χλῆμα. Honor quidam est vitis apud Romanos: & τὰς τυχόντας φασὶ εὐαρτοτάρχας γίνεται, quam qui impetrarint aiunt Centuriones fieri, ut distinctè hunc locum Salmas. legit ad Spartiani Adrian. cap. 10. nec afferre compesco: nulli, inquit, Vitæ, nisi robusto, ac bona fama dedit: ubi eruditè Cesaub. notat Vite potius Designatum Centurionem renunciari, quam illicò fieri. Ut, ut aliquando vera ea animaduersio; non perperuò mihi talis. Adi & Salmasium ib. qui suam dubiter scalpit pruriginem illic Cesaubonum perstringendi. Nempe viteam manu ferebant virgam Centuriones, militaris insigne regimini, quomodo etiam hodie cannam, aut bacillum teretem. Hinc saepe in monumentis ex vites insculptæ, indicium centurionatus, quem defunctus gesserit. Nota hæc, & multoties recocta.

Nostras ne linquamus sedes, aut longius euagemur aliena petituri subsidia. Hæreamus sessioni, tanquam honoris symbolo, aut arguento. Aequè illud vulgatum est confessu sterisse equires: atque hoc uno iure sedendi in quatuordecim impetrato plebeios alioquin ac de vili popello in equestrem ordinem suiscriptos; modò illis integra fama, ac legitimus census perseverasset: non turpi iudicio forent damnati: non cessione bonorum se maculauerint, quâ honorum insignia, atq. usus amitterebantur. V. Kirchmann. d. cap. 16. Scipionemq. Gentilem ab eo laudatum. Non raro igitur equestris loci splendorem innuerunt scribentes hac vna metonymia, aut periphrasi sedendi in quatuordecim, h. e. supra Orchestram Senatorum, & infra cuneos populares proximam sedium partem per quatuordecim gradus occupandi. V. Lips. de Amphith. cap. 12. & seqq. Bulengerus verò etiam in Circo, non tantum in theatro id seruatum equitibus censet lib. de Circo cap. 33. ac deinceps, quem videat, & afflata expendat momenta rationum, cui placet: nempe lege Rosciij Othonis Tr. Pl. Anno V. C. 687. discrimen id sedendi statutum ad honestatem equestris ordinis augendam.

*Sedibusque magnus in primis eques  
 Othone contemptu sedet. Flacc. epod. 4.*

Iuuenal. sat. 9.

*Sic libitum vano, qui nos distinxit Othoni.*

&amp; sat. 3.

*De puluino surgat equestri.*

*Cui res legi non sufficit.* Plin. 7. 30. *Roscio theatralis auctori legis ignoraverant, notataisque tribus se discrimine sedis aquo animo tulerunt.* Omnino contulendus Tullius in ea pro L. Muræna. sed legem Othonis sensim derrectatam, aut fugientem Domitianus Princeps reuocauit, de quo Martial. 5. epigr. 8. & ibi locupletiss. Rader. Atque inviueniuntur de hoc equitum honore P. Faber Semestr. 2. 6. Dempster. ad Rosin. 5. 10. Lipsius, & Buleng. qui sup.

Quare nudo nomine *Quatuordecim* significarunt equestrem ordinem: ut admirari desinamus, si solo Biselli aliquia dignitas, atque honor colligatur. Sen. 3. de ben. 9. *In quatuordecim deduxisse*, & epist. 44. *Multis quatuordecim clausi.* Aufon. Lud. Sap. in Cleobulo.

*Gradibus propinquus in quatuordecim sedes.*

Iuuenal. sat. 14.

*Bis septem ordines.*

Martial. 5. 27.

*Bis septena tibi non sunt subsellia tanti.*

Adde Macrobius Saturn. 2. 3. Suet. Cæl. 39. & Aug. 40. οἱ ἀλεπίταις usurpatum, ut suppleantur, Gradus, subsellia, ordines, scamna, &c. Vno nomine equestria dixerent. Sen. 4. de ben. 12. *Non mentiar, si dicam me habere in equestribus locum.* sic petulans foemina apud Petron. turpiculo senu gloriatur, se nonnisi in equestribus sedere. Adeò autem hic fructus iucunditatis, dignitatisq. splendor sedendi in *Quatuordecim* custoditus, ne contactu plebeio inquinati, aut turba pressi forent equites. vt si quis non eques temere illic se infuderit, cum ignominia à Designatoribus (Gr. ἀποδεκτας vocant) ejiceretur; aut contra iniuriarum ageret eques iniuste excitatus, aut depulsus. V. Martial. 5. epigr. 8. de Phaside, & 5. 28. ibique Herald. Quintil. 3. 6. *Si accusabitur lege theatrali, depulso eris rei; si excitatus fueris de spectaculis, & ager iniuriarum, depulso eris accusatoris.*



C A-

## C A P V T XXXV.

*Honor Biselliū alibi memoratus in lapide Sueffano, si pro Honorēm bis illi, &c. legatur Honorem biselli. E in 1 verfa sape in Vett. Inscriptiōnibus. Biselliarius: non tam artifex biselliorum, quam bisellio honoratus. Biselliaris. Biselliaris Quinquennalitius: veluti censor municipalis. Biselliarius Augustalis.*

**Q** Vando igitur in ipso sedendi astu nescio quid honorificum sedisse, infinitè, atque in vniuersum cognouimus; per partem quoque, ac speciatim explorauimus; atque ipsis tandem Symbolis, insignibus, ornamenti, eorumue nominibus, honores sāpē demonstratos, dignitarisque, ac præstantiæ mensuram, ac modum definitum intelleximus: fraudi ne sit, si ex solo Bisello honor aliquis exculpatur, quem sculptum legimus in marmorea nostra inscriptione. Ea quidem vnicā, vbi eiusce honoris illata mentio, quantum haftenus in veteribus monumentis, aut libris compertum est. Sed verò discurriendus est hic error, & pedum via monstranda; nisi penitus me sefellerunt vestigia, ac semitæ, quæ adhuc comparent in vetustis marmoribus. Antequam ergo coniecturas pericliter de Honore Biselliū, quinam ille esse potuerit, admoneo etiam alibi in tabulis lapideis fuisse memoratum: modò leuiter corrigamus voculam, quam nobis obtrusit, aut menda fabri, qui sculpti; aut exscriptoris incuria, qui reddidit; aut fatum lapidis, qui insuis apiculis, ac lineis detrimenta ætatis exceptit. Patiatur interim lector, vt totam inscriptionem apponamus inter editas à Grutero, vbi (nisi aberro penitus) Honor Biselliū, quomodo in nostro lapide legendus est. Eius particulas aliquor exponere simul lubet, simul expedit, vt mutuæ lucis commercia inuicem sibi commoden. Ea est 475. 3. & Sueſſa visebatur in Campania inter duas portas. E Smetij, & Antonij Augustini Schedis Gruterus collegit, ac produxit.

*C. Tisio*

*Chresimo Augusto. L I.*

*Huic Ordo Decurionum*

*Quod pro salute, & indulgentia Imperat.*

*Antonini Pgj Felicis Aug. & ex voluntate populi*

*M.*

*Munus familia gladiatoria ex pecunia sua  
 Diem priuatum secundum dignitatem colonie  
 Ediderit Honorem bis illi quo quis optimo exemplo  
 In colonia Sueſſa habuit & ut aquæ digitus  
 In domo eius fluenter commodisque publicis ac ſe  
 Decurio frueretur & Titio Chreſimo filio eius  
 Ob merita patris honorem Decurionatus  
 Gratuitum decrevit Ordo Decurionum  
 Et Auguſtaliū & plebs uniuersa.*

In hoc lapide Honorem bis illi, quo quis, &c. prorsus eſſe noſtrum  
 Pilanum, Honorem Biselli, tam ſimile verò eſt, quam ouum ouo.  
 quod si criticum rite adhibeamus cribrum, equidem non ſtulte di-  
 uinaffe videbimur. Sed quicquid ſit in cauſſa, cur Bis illi pro Biselli  
 compareat, præter ſuperiùs allatas, poſſumus etiam vitio, aut con-  
 ſuetudini ſcribentium tribuere. Facilis, & obvia ea migratio rē E  
 in I, atq. in lapidibus præſertim; ſed veteres vtroque modo vſurpa-  
 runt in vocibus *Spiculator*, & *Speculator*, *Siliquaſtrum*, & *Seliquaſtrum*,  
 atque alijs id genus: notatque ad Arnobium, necnon in ſuis aduersa-  
 rijs philologorum emunctiſſ. Desiderius Herald. In marmorib⁹  
 quoque *Mancips*, *Sinilis*, *Simpromia*. 222. 10. pro *Manceps*, *Senilis*, *Sem-*  
*pronia*. & 551. 8. *Equis* pro *Eques*. In glossis pariter, ac vetuſtis Mſſ.  
 obſeruare eſt; nec defiſt adinonere roties laudatus Reinel. epift. 35.  
 pag. 262. Addo tabulas Pifanas in eo decreto, quod Caium ſpectat  
*Pitilius*, & *Petilius*, *Nive*, pro *Neue*. Vocalem retinent ſecunda m  
 nullo commutatu duo alteri lapideis apud eundem Gruter. in *Biselliario*. Primus eſt Atellanus 1099. 2. quem adſcribo integrum, ne  
 expertem obſeruationis relinquam.

*Cn. Plaetorio VI Viro*

*Auguſtali*

*Biselliario*

*Honorato ornamentiſ*

*Decurional.*

*Populus Abellinus*

*Aacre collato quod*

*auxerit ex ſuo ad*

*Annonariam pecuniam*

*H S X N & vela in theatro*

*Cnus*

*Cum omni ornatu  
Sumpiu suo dederis  
L. D. D. D.*

Secundus comminutus, & truncus Romæ in pauimento Basili. La-  
teranensi. 1103. 6.

• . . . . & Portens. q. q immque  
*Biselliarii* . . . .

Scaligerianus index in Gruterum *Biselliarios* reponit inter artifi-  
ces; nempe (intellexit) qui bisellia fabricarent, aut compingerent.  
Sed viro magno haud notus erat *Honor Biselli*, quem Pilana inscrip-  
tio è latebris educit; Suessana, quam attulimus, indicare poterat at-  
tendenti. Fuerint ergo Biselliarij, qui bisellia, siue sedes duorum  
capaces finxerint. Nemo id mihi contendar plurimos saltem fuisse,  
qui eam artem factitarint, quando etiam hodie illorum haud semel  
in lapidibus mentio deprehenditur. Innumeras quoque alias inscrip-  
tiones ætas contriuit, ac sepelijt, in quibus fortasse aderat vlla eorum  
commemoratio. Tandemque non omnes ij fabri biselliorum,  
titulum sepulcri sibi condiderunt: aut si qui fecerunt, non omnes ra-  
men, hanc suæ professionis inscriptam memoriam voluere: quo pacto  
nullius non sæculi fecere, atque hodie faciunt, qui suis notitiam cine-  
ribus prospiciunt. Si biselliariæ igitur artis meminerunt lapides (esi  
vnu Bisellij meminerit Varro) argumento est non infremente m  
fuisse vsum Bisellij; siue inter domestica, ac priuata instrumenta; siue  
ad insigne, & ornamentum honoris. Sed spondere audeo vel quoquis  
periculo, *Biselliarium* non tam artificem esse potuisse, quam qui *Ho-*  
*nore biselli* vel perfungatur, vel functus fuerit. Inquit lapis Atella-  
nus, *Cn. Plaetorio IViro Augustali*. En honor Sexuiratus, siue Augu-  
stalitatis, h. e. Sacerdotij municipalis, ut infra dicemus. Dein *Bisel-*  
*liario*. *atra* videtur, & ineptitudo post honorem sacrum, quem  
Plaetorius gerebat, Sellulariæ, ac viliis artis opificem demonstrare.  
Crescit absurditas, dum sequitur, *Honorato ornamenti Decurionalibus*.  
Egregia mehercle tessellati operis ratio; hinc Augustalitatis flam-  
nium; illinc Decurionalium ornamentorum dignitas; medio autem  
loco sedium ars effeſtrix, & quæſtus dolabré. Ergo ſicuri Prætorius,  
Triumphalis, Cenforius, Consularis, Duuumiralis, &c. imò verd  
quomodo ab ipsis ornamenti petita appellatione, *Laticlavius*, & *Vir*  
*Laticlavius*; & *Honor*, aut *Magistratus Curulis*, de quo alibi diximus; ita  
*Bisell*

*Biselliarius* (mea opinione) qui honorem bisellij tenuit, aut tenet: ac forte vtroque modo dixerunt, *Biselliarem* vt in lapide Romano, & *Biselliarium*, sicuti *Consularem*, & *Consularium*. Quò ad alterum Late- ranenle marmor 1103. 6. promptius est mutare in tam mutilo teste, ac penè elingui, vbi vix tria verba supersunt. Illic autem potuit tam de artifice, quam de honore haberri mentio. Sed ex tamen literæ veteri ductu q̄ immque (pro quinque) *Biselliari* toties honorem Bitellij initum demonstrare possunt; aut quinque . . . h.e. quinquennalitium *Biselliarem*. Simpliciter autem *Quinquennalitius*, quidam veluti Censor municipalis habebatur; et si alij de Duuumiris Quinquennalitijs exponant, qui per quinquennium duumuiralem potestate obtineant ex vñi municipij. Fateor autem (ne videar in suscep̄ta causa præuaricari) quandoque cum honoribus coniunctam fuisse artis professionem in lapidum memorijs, vt apud Grut. 1067. 8. vbi pariter de Augustali, qui Vestiarus tenuarius fuerat. atque in Traguriano Petronij fragmento *Habina scuir est* (Augustalis) idemq; *lapidarius*, &c. Sed non par tamen verborum series, aut aliorum complexio honorum, sicuti in Atellano lapide. In quo tandem neque απιθανον mihi, neque alijs videbitur, si *Biselliarium* coniunctum capiamus cum τῷ *Augustali*: quasi ille Plaetorius fuerit sexuir Augustalis è numero Biselliariorum: nempe ex altiori ordine, aut gradu; vel cui talent tributum sit vñā ius, & *Honor bisellij*, dum Augustalitate fungetur: quod magis suadebitur, cùm de ipso Bisellij Honore iam iam commentabor. Adigamus ergo equum τρόπος rύσαν, atque inuestigemus, quod genus, vel ornamenti, vel dignitatis, vel excellentiæ in nostro Bilellio delituerit. Excutiendus tandem, excitandusq; est ab hoc sedili arcanus honor, sessilisq; amplitudinis inauditum decus.



## CAPT XXXVI.

*Quid Honor Bisellij tandem inquiritur sepe nā conjecturā. Selle absentibus ac defunctis, una, plures posse. Hinc prima opinatio de Honore Bisellij. Plures sellae, aut multoties sedisse, roties gesti honoris indicium: secunda conjectura. Iteratio honoris. II Vir iter. Aed. II Vir bis. Augustalis V I Vir iterum. Bis flamen. Bis Neocorus. δις ρυκόρος. Bisellium si forte pro Duumviratu: Tertia. An duplex, ac diversus gestus Magistratus! Quarta.*

**I**terum cum ignaris iuxta me scire fateor, quid sit Honor Bisellij; sed querere, periclitari, ac ~~αρροβάλλεται~~ non recuso.

Prima ea sit suspicio, quæ primò, & statim obrepfit, vbi pri-  
mūm incurrit in oculos. *Honor Bisellij* nunquam antehac à me au-  
ditus, aut lectus. Memineram me apud veteres adnotasse honoris  
causa publicè sellas alicui decretas fuisse in ludis, aut theatris, in foro,  
curia, &c. Indicium id virtutis, ac meriti in Remp. Tacit. 2. ann. de  
Germanico, *Honores*, ut quis amore in Germanicum, aut ingenio validus  
reperit, decretique, &c. ut sedes curules Sacerdotum Augustalium locis, su-  
perque eam corona quernea statuerentur; en *Honores*, en *Sedes*; neque  
una tantum, sed pluratio numero. *Sella curulis in Circo locus datus*  
*est Valerio Dictatori*, posterisque eius honoris causa, &c. Fest. in *Sellæ Cu-*  
*rules*, quomodo eum explet Vrsin. Hic pariter *Honoris causa*, qui ho-  
nor posteris omnibus Valerij Dictatoris seruatus. Salust. bell. Iugurth.  
*Honorem* simpliciter vocat, vbi de *sellæ* collocatione loquitur, quam  
petebat Gaudas Masinissæ nepos, alibi attulimus cap. 17. De Marcel-  
lo Dio lib. 53. τῷ Μαρκέλλῳ δίόποροι ἀρχικὸν ισ τὸ θεάτρον, &c. εἰσ-  
φέρεται. *Marcello* sedem curulem in *theatrum*, &c. inferri: quod ad ho-  
norem itidem narrat. Rubrio Polliceni *Claudius* extra ordinem con-  
cessit *κινόν*, καὶ ἔδων *imaginem*, & *sellam* in *Senatu*. Idem Dio  
lib. 60. p. 680. hoc ipsum ab Augusto decretum cuidam Valerio Li-  
guri subdens. De Augusta, cui posita sedes inter Vestales Tacit. 4.  
cap. 16. De Subsellio Tribunitio, item de sella curuli, quæ deinde  
aurea Cæsari statuta, Dio lib. 42. & 44. Appian. lib. 3. bell. Ciuit. ac  
supra nos cap. 12. & cap. 14. vbi fusiūs exempla produximus. Sep-  
timius Seuerus inter cætera honestamenta, quibus memoriam Perti-  
nacis

nacis augeret, decerni illiusst  $\theta\pi\sigma\mu\tau\epsilon$  τροῖς καταχρόνες Sellas quoque tres inauratus. Herodian. lib. 4. Potuit ergo Ciuitas Pisana, aut Decuriones Largennio Chresimo sedem publicè statuisse honoris causa. Vocat autem lapis Bisellum, siue ut duplicem sellam, siue ut ampliorem, ac dignorem demonstret. (V. quæ nos sup. cap. 9.) quam fortalsè tunc appellabant, atque usui habebant.

Sed ad secundam accedamus enarrationem, cui hæc ipsa primo alata loco parumper lenocinatur. Aurem igitur mihi vellit alter animaduersio, quod Chresimus noster semel, atque iterum in colonia Pisana magistrarum gesserit. Hunc autem significare placuit nomine Biselli, quod bis sella usus fuerit: nos diceremus Risder due volte. en quomodo Plinius de Coruino loquens, quem toties maioribus magistratibus usum fuisse narrat, sedendi numero honorem descriptis. lib. 7. 48. Idem sella curuli semel, & vicies sedet, quoties nemo. Liuius lib. 9. Augari sponso, nemo ramus, qui sella curuli sedisset. Haud aliter tres sellas Pertinaci positas ex Herodiano diximus, quod ita factum opinor, ut gestus bis consularis, ac tandem Imperatoria dignitas innueretur. De Gemino Consulatu testatur lapis Gruter. 56. 4. ubi Iter. Cof. et si in fastis semel legatur. Nolim spectari hic triplex  $\theta\pi\sigma\mu$ , siue sedis genus: primam Minerualem, ac professoriam, quoniam publicè docuit inter Grammaticos: secundam Consularem: tertiam Imperatoriam. quid est n. quod umbratici hominis ferulam, vel consularium fascium, vel imperatorij sceptri contubernalem faciamus? Quod bis sella usus fuit Chresimus, iterum scilicet magistratum obtainuerit, grati subinde, ac memoris animi testimonio dedit Reip. Pisanae L M HS, ut in fine lapidis narratur. Neque enim tam facile iterabatur ille honos; nec solebant Decuriones suo decreto, ac voluntate bis in eundem conferre, quin egregiam simul de quoquam ciue opinionem proderent. Nihil ut mirum, si Chresimus largitione prosequatur Pisanos; ac toties in vetustis lapidibus iterati honoris mentio legatur, quasi illustre ad memoriam, dignumque posteriorum notitia testimoniu. Iteratio honoris vocatur Grut. 252. 9. & IIVir iter. ib. & Aed. IIVir bis 1080. 2. Sic, Augustalis VIIir iterum 492. 2. Bis flaminem 325. 17. Iterum flaminem 489. 10. & d's rurópor Bis Neocorum in marmore Ancyrt. De Neocoro Cesaub. ibid. Samuel Petit. 4. var. cap. vlt. Selden. ad Arundel. marm. p. 166. seqq. Et bis. hon. in curia functus 26. 10. vbi non nimium erit audax, si cui allubescat exponere, Biselli Honore in Curia functus. Veli-

Velitemur terro, & conjecturali telo collimemus ad scopum: de attingendo non cogitamus, nec tantum perfidimus. *Honor Biselli* forte idem ac *Duumuiratus*, qui summus erat in Colonijs, ac municipijs. V. quæ sup. cap. 4. simulacrum Consularis in urbe potestatis. quem quia honorem Chresimus obtinuerat, ideo civitati Pisane numerorum quinquaginta millia dono dedit; vel quia humilioris ille fortunæ, aut sanguinis. Sic alibi, *Ob Honorem duuma. 62. 6.* & *ob Honorem IIViratus*. Sed cur Biselli nomine hic magistratus expressus? Nempe à numero Duorum, qui suum locum in municipio, aut colonia tenebant: quibus duplex sella, aut duorum capax statuta, ut insigne magistratus, ac potestatis: quam placuit iusta appellatio ne Bisellum dicere.

Quartò ariolemur, ut Biselli vocabulo duplex Magistratus innatur, quem Chresimus gesserit; non eodem iterato, ut in secunda conjectatione subsensimus, sed diuersus; nec refert siue iunctum, siue vnum post aliud habuerit. Indissimilis locutio 278. 3. ubi Decurionatus, & Flaminium cum eadem formula *Ob Honorem Dec. & Flam.*

### C A P V T XXXVII.

*Quinta explicatio. Decuriones simulacrum Romani Senatus. Proprius Senatus. Vnde dicti. Senatus de Decurionibus. Curiales. Buleuteri. Buleuterium. Βουλευτὴς: de municipaliter Senatore. συγχλητικὸς, de Romano Conscripti: de Pisani Decurionibus. Seniores: Signori. Iuniores. Iuuenes. Primicuriæ. Primarij curiarum. Principales. Principalitas. Protostasia. Prototypia. Principes Decurionum. Primates. Summates. παροπόλεται. Horum maior, minorue numerus. Quinqueprimi. Pentaproti. Pentaprotia. Quinquesummates. Decemprimi. Decaprotia. Icosaprotia. Vigintiprimatus. Decemprimi Pisani. Patroni corporis. Piores. Priori. Diffensum à Reineso. Primus Curiæ. Maior Decurio. Princeps Coloniz Pisane. Honor biselli ornatum & insigne, non ministerium Decurionatus. Functiones curiæ. Decurio cubiculariorum, Sacri palatij, Pontificum, &c.*

**P**romitteramus barbam, & quinto loco veraculum agamus. Cum proxime Duumuiratum tentauerimus, experiamur hoc capite

## 100 MARMOR PISANVM

te Decurionatum; Augustalitati mox injiciemus manum, si forte Bisellij honor in vlo istorum cubauerit. Debemus namq. per vestigia progredi Honorum, aut Magistratum Colonicorum, ac municipium: ac multò id magis, quoniam aliae Inscriptiones lapidi nostro planè affines, ac geminæ illuc manu nos ducunt, ut infra ostendemus.

Decuriones in suis ciuitatibus quoddam fuisse Romani Senatus simulacrum nemo ignorat, & vt loquitur Iustin. nou. 38. κατὰ δὲ βασιλεύσοντος θόλων μημονίου, ad imitationem urbis dominantis. Decuriones; οἱ πολιτιώμενοι Græcis; proprius sux patriæ Senatus, quomodo appellat Auson. in Mosella Idyll. 9.

— — — — — *quos curia summos*

*Municipum vidit proceres, propriumque Senatum.*

Adi Berter. Pitthan. diatrib. 1. cap. 10. Samuel Petit. 3. Var. 6. Reiscl. epist 31. pag. 176.

Quod autem Pomponius nos docet ex quorundam sententia in l. 239. de V. S. Decuriones ita doctos, quod initio cum colonia ducerentur, consilij publici gratia conscribi solita sit, meritò reprehendit doctiss. Velier. rerum Augustan. lib. 5. p. 94. alioquin tot fuissent Decuriones nonnunquam in villa colonia, ac ciuitate, quot Roma Senatores nunquam habuissent.

Et ut decimus quisque Senator fieret, aut decurio consilij gratia (si cæterorum numerum ineamus, qui alijs operibus, atque vñibus necessarijs destinantur) concentui nō adsonaret bene constitutæ Reip. Potius à Curia deducamus, vt voluit Isidorus, quare & Curiæ appellati, quasi de Curia sint, aut in curiam conueniant. Atqui Decuriones, iij qui primum fuere descripti in Colonias: quæ quoniam effigies parva, simulacraque populi Romani fuerunt, vt loquitur Gellius 16. 13. Senatorium nomen affectarunt. Adi summum Cuiacium ad tit. Cod. de Decurion. & Gothofr. ad 1. 53. eius tit. ex quo proficit Amaya in Cod. pag. 351. Cic. in Verr. 6. *Senatum Syracusanum agnouit*, & *Amplissimum ordinem de Pureolanis dixit in ea pro Cœlio*. Lilius pariter lib. 27. de duodecim Coloniarum defectione agens. Latin. Pacat. de Naronensisibus Colonis *Conspicuos veste nigra Senatorès, reuerendos municipali purpura flamines, &c.* Plin. iunior lib. 10. de Bithynis epist. 84. 115. 116. quoniam & Græca Bulenterum voce vñitur; quomodo & Tullius Verr. 4. *Bulenterium dixit*. Nempe quondam discrimine, & dignitatis maioris reuerentia, municipalē Senatorēm,

rem, Buleutam Εὐλιυτλω', Romanum συγκλητικὸν appellasse videntur Græci scriptores. Adi ad l. 30. D. locat. & l. 17. de excusat. tut. vbi Gothot. sicuti & Εὐλία, Bule, municipalis curia, ut à Principis urbis consessu distingueretur. V. I. Consultos laudatis nuper locis, aliosq., quos profert Langlæus ocij semestris lib. 13. cap. vlt. Coras. 3. mūcell. 6. Quare in l. 33. C. de Decurion. cum exceptione scribitur, *Et sua curia (sic sic oportet) Senatorem, &c.* In lapidibus saepe mentio senatus municipalis, ut S. P. Q. Tiburs. S. P. Q. Nolanus. S. P. Q. Signinus. V. Grut. 128. 7. atque indicem percurre. Sicuti & S. Consulti municipalis 101. 1. 167. 9. 168. 1. 11. 11. 194. 6. 419. 5. 444. 8. atque in tabulis Sepulcreti Pisani, à quæ de Caio est, *Placere conscriptis, que &c. Conscriptorum nomen sibi tribuunt Pisani Decuriones. Sed & percussæ in Colonijs monetæ solenne illud præferunt S. C. et si de Romano possit etiam exponi, ut sensit Veller. rer. Aug. pag. 116. De nomine autem Ordinis vel in Colonijs, vel in Municipijs, Reines. epist. 175. In hoc Senatu municipali fuisse quosdam præstantiores, graduque supra reliquos honestiori manifestum est: quo pacto in Senatu quoque Romano, ad cuius exemplar ambiciose componebantur. Hinc Seniores, Hinc Juniores, & Inuenies saepe in lapidibus V. Reines. epist. 31. pag. 179. & quidem Seniorum nomen etiam hodie seruamus, nobis Signori: à senio. s. auctoritatis instrumento: nec aliter Senatus, Gr. γερουσία. V. Selden. Synedr. lib. 1. cap. 14. E seniorum, aut præstantiorum numero sunt iij, qui Primi Curie, & Primary Curiarum, & Principales: ac fortè hi, qui iudicio Principis, non municipum suffragijs in curiam adlecti, de quibus in l. vlt. D. de albo scrib. Hinc Principalitas, quæ & Protostasia, & Prototypia. V. Guther. 3. 24. de off. D. A. ijdem Principes Decurionum, & Decurionum Primi. In vniuersum quoq. Summatus, & Primates Civitatum l. 57. C. de Decurion. alijsque in locis luris, quæ profert Berter. in ea diatriba. D. Augustin. epist. 44. Decuriones, & Primates Civitatis. Vopisc. in Aureliano, Palmyreni qui superfuerant Principes Civitatis. Gloss. πρωτοπολῖται Princeps: & πρωτοπολῖται Proceres. notatque Salmas. Consule, & doctiss. Iuretum plenè docentem ad Symmach. lib. 9. epist. 10. Istorum Principaliū, quos veluti edecumatos, atque eximios habebant, maior, ac minor numerus, pro amplitudine, opinor, Curiarum, ciuiumque, atq. indigenarum copia, aut penuria. Erat, vbi Quinqueprimi: qui & Quinquesummates d. l. 57. C. de Decurionibus, seu Pen-*

express, atque hinc *Pri:aprotia*: vbi *Decemprimi*, *dixim patres*, & *Dixim  
comprimi Curiales*, & honor ipse *Decaprotia*, cuius meminit l. i. & l.  
fin. de mun. & honor. & *Icosaprotia*, seu *Vigintiprimatus* in ead l. fin.  
Adi & Cod. Theod. de Decurion. Gurther. vt sup. Rein. in epist. p.  
179. & 394. In decreto Pisano de Lucij Cæsaris funere, *Data cura  
C. Canio Saturnino II. V. & Decemprimis, &c.* Sed & aliorum corpo-  
rum, aut collegiorum *Decemprimi* leguntur in lapidibus, qui & *Patre-  
ni Corporis*. quod puto factum imitatione summi confessus, aut con-  
filiij in ea ciuitate. *Priores* nonnunquam vocati in eis corporibus, aut  
collegijs artificum, vt in l. 7. C. Theod. de pistor. & carabol. & no-  
uell. Theodos. de stirr. boar. &c. tit. 39. & *Priores Sodalitatum* medio  
ævo, V. Reines. d. pag. 179. Cuius doctiss. viri sententiae de Primis  
Curia additum cuperem, eos potius fuisse, qui pluribus suffragijs De-  
curionum creabantur, quam qui primò nominati, aut adlecti. Docet  
l. 6. §. penult. & ult. de Decurion. quorum positor vocatur *causa in se-  
rendis sententias*, quique *honoris ordine præcellere cæteros* dicuntur. Ar-  
que hos quoque *Principales*, aut *Summati* non interpretor tanquam  
magistratus, quod eidem placuit eruditiss. viro pag. 167. sed tantum  
honestiores, ac præstantiores, primosque in sua curia. Nomen *Pri-  
orum* etiam hodie retinente pleræq. Ciuitates, quo Decurionum sum-  
mos, & consilij publici Principes designant. Legitur & *Primus curia*  
in l. Alexandrinis 56. C. de Decurion. sicuti in l. 27. C. Theod. eodem  
*primum in sua curia locum adnotauimus*. Fortè idem qui apud Gruter.  
1072. 6. *Maior Decurio Cremonæ*, & in Pisano decreto, quod de Caij  
Cæsaris funebribus est *Statuerius Inuenit Princeps Coloniae*. Sicuti igitur  
*Primus Curia*; aut *maior Decurio*, ita *secundus Decurio*: apud Gruter.  
36. 2. *Primus autem respondere videbatur Principi Senatus Romæ*,  
qui ante alios, vt notum est, à Censoribus pronunciatus fuit in albo  
reconsendo. Sed hic ordo Decurionum corruisse demum videtur,  
cum labante Imperio in Occidente, vix relicta umbra Curiarum in  
Colonijs, ac Municipijs. In Oriente autem Leo Imperator omnem  
auctoritatem ciuibus, qua Curias ipsi crearent; sed ab una  
Principis sollicitudine id pendere iussit, vt patet ex eiusdem Leonis  
nou. const. 46. & 47. notatit Berter. D. diatriba cap. 10. p. 135. post  
eum Vizzanus eleganti, ac docto opere de mandat Princip. pag. 241.  
Atq. hoc in causa, cur in Basilicis, siue in I. prudentia Græca, quam  
idem Leo edidit, sublatuſ sit tit. de Decurion. sed ante has constitu-  
tio-

tiones, aut immunitum alio pacto curiarum splendorem, honoris in star habebat in ordinem cooptari alicuius Ciuitatis; sic legitimus in. vet. lapide Gruter, 278, 3. ob Hon. Decur. Ac ed magis, si inter *Primos*, aut *Principales* Curiae, aut Decurionum; vel pluribus suffragijs eiusdem ordinis (ex d. l. 6. D. de Decurion.) vel Principis iudicio, ac beneficio (l. vlt. de albo scrib.) adlectus quis fuerit. Ac fortasse aliquo insigni, atque ornamento discriminabantur, qui in curia certos antecellebant: quod Biselli, vel amphoris sellæ dignitate describere fortean voluerunt, vnde noster *Bisellij Honor.* Multum praesidijs affert opinioni nostræ l. 4. C. Th. de Decurion. *Sedentibus his, quibus emeritis omnis honor iure, meritoque debetur.* En honor in sessione *Primis* curiarum: & inter *Honoris insignia* ibid. ipsum sedendi ius agnoscere videtur Constantinus Imperator. Atqui eam sedendi honestatem, principium fuisse Senatorij ordinis decus docent nos iura in l. honorati C. de offic. diuersi. apparit. & iud. & l. fin. Vbi Senat. vel clariss. Quare idem fuerit *Honor Biselli*, ac sedisse inter Curiales, si Bisellium accipiatur pro quacunque sede Honoris. An potius inter *Primos* sedisse, si Bisellium pro amphori sella, quæ eximis, ac dignioribus debatur. Illud etiam à similitudine veri non abhorret, quosdam sola ea honestate fuisse contentos, vt inter Decuriones sederent, atq. ingressu in Curiam latarentur, etiam si vere Decuriones non essent; id autem *Bisellij Honor* voluerint exprimere. Scimus diuersum, *Creari Decurionem, & esse Decurionem*, docente eximio Cuiacio Papiniani respons. primo ad l. 6. de Decurion. Ita vñ, & actu Decurionatus ordinem tenere, aut solis ornamenti, & ingressu in curiam decorari, dispar habetur. Neq. id sine Romani Senatus imitatione factum; cum extra ordinem olim vigente Rep. & mox sub Imperio, aut Juniores, aut qui Senatoriz non essent familiz, in Senatum inducabantur; non tamen siebant Senatores, aut dicenda searentiz Ius obtinebant: sed priuilegio, atque extra ordinem id permittebatur.

Quin igitur hoc ipsum in Colonijs, aut municipijs fieri potuisse suspicemur? Præsertim cum Ciuitates validis Praesidum, aliorumque, quos Roma mittebat, Magistratum imperijs obnoxiaz, multa præter leges, ac mores agere, ac pati cogebantur. si forte ambitus, & fauor intercurriisset, aut verius Praesidum commendatio, qui satis iubent, dum rogant, qui rogando cogere possunt. Contingere poterat, vt vel zate, vel conditione, vel censu, vel alia de causa prohibere.

beretur quispiam ambire , aut impetrare Decurionatum ; satis autem fibi prospectum putaret, si ius saltem Biselliij, atque ornamenta Decurionalia obtineret . Neque id nouum in alijs veterum inscriptionibus , vt mox ostendemus . Atq. hoc sensu *Honor Bisellij* potius foret ornamentum , decus, indulgentia , quam magistratus , aut publica administratio . Haud ignoro Decurionale statum multis , ac miserandis oneribus fuisse attritum ; quas *functiones curiae* dixerunt ; quare non pauci cooptationem inter Curiales vitabant . constat ex titulis Digest. & Cod. de Decurionibus , atque eruditè obseruat Berter. ea diatriba p. 133. & seqq. Sed contra alij humilioris loci, aut sanguinis, quibus melius conueniret cum arca , & ambitionis blandiretur illecebria, candidatos se profitebantur , auidè Curiam expertentes , vt ostendunt vetera testimonia .

Quos hactenus Decuriones memorauimus pro Senatu Colonico, aut municipali, caueat ullus eosdem facere cum ijs , de quibus apud scriptores , vt *Decurio Cubiculariorum* apud Suet. Domitian. cap. 17. nobis Decani V. Torrent. ib. & tit. Cod. Theod. de Decurion. & silientiarijs . Sic *Decurio sacri palati*, *Pontificum*, *Augurum*, &c. V. Guther. de off. D. A. 3. 29.

### C A P V T    X X X I I X .

*Sueffana epigraphe enodata . Suffragys curie collatus Decurionatus . Diēs gladiatorum . Dies priuatus . Secundum dignitatem Coloniae . Secundum dignitatem municipij . ἀξιως τολμης . Pro salute Principis . Indulgentia . Magistratus , & Sacerdotia auspicantes munera edebant : Veterum libertinis . Venatio plena . Honores dati qui spectacula dedissent : item alimenta è publico . Cœnæ aditiales . Commoda . Lucellum . εισηλύσιον . Entratura . Beneficia .*

**A**d ipsam accedamus Sueffanam epigraphem, quam supra protulimus ex Grut. 475. 3. vbi *Honor Bisellij* ( ex nostra saltim lectione) pariter legitur, & ad alteram Atellanam 1099. 3. quæ multam nuper allatis de Ordine Decurionatus lucem afferunt, penitusq. *Bisellium* ornant, atque illustrant. In Sueffana C. Titio Chresimo *Honor Bisellij* defertur decreto Decurionum. Ecce (quod nuper monebamus) suffragijs, ac sententijs Curiaz, atque ordi-

ordinis assequebantur honorem candidati Decurionatus. Veteres lapides perlustra, & passim huius decreti mentio; saepius per notas D. D.D. hoc est Decreto Decurionum. Idem habet cognomen Chresimi Titius, ac noster Largennius: de cuius libertinitate etiam nos dubitauimus sup. cap. 2. Cum causa autem Titio Chresimo Decuriones indulgent hunc honorem; ne indigno viderentur tribuisse, aut vili aestimasse ordinem, quem temere vulgarent. Dederat namque hic Titius spectaculum, seu *Munus Familia gladiatoria, ex pecunia sua.* *Diem priuatum:* quæ ultima duo verba ita expono; ut vel priuata pecunia; vel (quod magis est) priuo, vnicō, ac solo die commissiones gladiatorum ediderit. Vel tandem priuata conditione, non in magistratu, & cura publica; qui ex lege tunc deberet; sed priuata beneficentia, an potius insania ad populi gratiam. Alibi apud eundem Grut. 404. 2. fine vlo adiuncto, *Diem gladiatorum legi,* quod hic *Diem priuatum.* Scimus namq. per plures dies quandoq. fuisse ea spectacula præbita, quod saepè expresserunt lapides, atque historici: magnificētia s. profusiori, quo effusior sanguis miserè ludentium de suo capite. V. Lips. lib. 1. Saturn. cap. 10. Dedit autem hic Titius *Ex voluntate populi;* gratiorem ergo rem fecit obsequendo. &, secundum dignitatem Colonie. Hoc quoq. meruit, quoniam splendide, ac magnificè instruxit munus, vel numerosa familie gladiatoriæ commissione, vel pompa, & apparatu loci. Est vbi in alijs saxis referantur, quot paria ferro concurrentium, quali ornatu arenæ, qua spectantium commoditate: Vide Gruter. & libraria quoque testimonia, non tantum lapidea. quod verò hīc est, secundum dignitatem Colonie, alibi vt 252. 9. Secundum municipij splendorem, & 428. 11. επιτελως, τοις αξιοσ διαδικτως, quod ego verto, Conuenienter, atque ex dignitate Ciuitatis. Quod salutem Principis hīc insertam legimus, solenne id tum in munib⁹ exhibendis, tum in votis, ac dedicationibus; ac saepè illa obvia in saxis, Pro salute. ὑπὲρ σωτηρίας, &c. Tanta statim veneratio, ac religio incuriebatur animis obaudito salutis Imperatoriæ nomine. Facit locus Suet. Calig. 14. Non defuerunt, qui depugnatores se armis pro salute agri, quique capita sua titulo proposito voverent. Vetuerat Claudius Imp. ne quis iudos daret gladiarios; ac si quis dederet, ne suscepseros, ac factos scriberet, aut diceret ὑπὲρ τινῶν σωτηρίας, Pro salute sua, inquit Dio lib. vlt. Sicuti pro salute, felicitate, Victoria, &c. vota concipiebant, seddebatque; ita pro virtute aliqua Principum,

Pietate, Prudentia, &c. munera, Dedications, sacra faciebant. Hic ergo quoq. *Pro salute, & Indulgentia Antonini Pij*, munus edidit Titius Chresimus. Sed peculiaris equidem *Indulgentia* laus in eo Princeps, qui cognomen Pij sibi fecit. De eo Capitolin. cap. 10. *Ad indulgentias pronissimus fuit.* quod & ipsum verbum signatè, & appositi Suetano marmori inscriptum fuit, quoniam ea præcipue spectabatur tum in edendis, tum in permittendis spectaculis. quare continuò subiicit Capitolin. *edita munera, in quibus elephanros, &c.* Nempe vetita aliquando fuerunt ea munera, vt à Claudio, de quo sup. Dio; & quidem ne Praetores ipsi, aut Magistratus facere poterant. Tacit. ad stipulatur lib. 13. *edixit Cæsar, ne quis magistratus, aut procurator, qui provinciam obtinere spectaculum gladiatorum, aut ferarum, aut quod aliud ludicum daret.* Sed breuis huius editi custodia: imò solenne deinceps edere spectacula ijs, qui Honores obtinuerint, vt ostenderemus inf. multò minus autem priuatis id aliquando permisum. V. l. 1. C. Theod. de spectac. I. Publius Mævius de condit. & demon. & Nouel. 105. Symmach. epist. 10. 4. & ibi Iuret. Guther. de Iure Vet. Pontific. 3. 20. Sine permisso itaque Principis, in municipijs, atque extra urbem, non temerè edebantur spectacula, praesertim à libertis. Sic Harpocrati liberto Ius editionis concedit Claudio narrante Suet. in vita cap. 28. Sic Ancharius Priscus impetrat ab Augusto in veteri saxo Gruter. 352. 1. *quod ex indulgentia Augusti octies spectaculum gladiorum ediderit.* Indulgentiae meminit & Græca inscriptio 295. 5. *ὑπὲρ διώνυσος διαμούσης, pro perpetua Indulgentia.* Ita legendum; non δαιμονίς, vt extat corruptè insculptum, siue elementarij, siue exscriptoris mendā. Sed Titius Chresimus *ex sua pecunia* voluit gladiatores in arenam producere: quo quidem magis munificentiam prodidit, benéque de Suetanis colonis merentem se amplius reddidit. Si namque ij, qui vel parte pecunia, vel tota de ærario accepta, spectaculis populum oblectassent, honoribus, publicæque benevolentiae testimonijs ornabantur, dummodo suam in ijs vigilantiam, fidem, industriam adprobassent; iustius multò, qui toto suo ære edidissent. Lapis Allisanus apud Grut. 409. 3. *Qui ob honor. Decur. &c. acceperis à Rep. HS X M X N venationes plenas, & paria gladiatorum, paria XX edidit, &c.* Venationes plenas (*τετονὶ ταπόδῳ*) explicat Guther. lib. 3. cap. 20. Vet. I. Pont. omni spectaculorum genere referas, quæ plures ludorum dies habuerint: quales Pompeij & Augusti, aliorum-

rumque memorantur. atque hæ venationes plerumque accessiones erant gladiatorum. Hoc igitur constat, in vniuersum honores fuisse decretos ijs, qui insanis munera editionibus patrimonia effudissent, atque animosa prodigentia rem domesticam dilapidassent in apprandis ex humano sanguine voluptatibus. Nonnunquam ijs ad incitas redactis alimenta è publico data, quia fortunas exhauserant munera ijs profusionibus. V. l. 8. D. de Decurion. Lips. lib. Saturnal. 1. 10. Berter. in ea diatriba cap. 10. pag. 133. & quidem nequicquam refrænantibus veteris legibus; itnò necessitate deinceps imposita editionis tum urbanis, tum Colonicis magistratibus, coactis etiam Sacerdotibus ad ea onera patrimonialia l. 8. C. de mun. pattim. l. 1. C. de peric. success. Atque hac de causa C. Titio Chresimo Puteolano collatus à Sueßanis ob editam magnificè gladiaturam *Honor Biselli*, siue aditus ad Curiam, aut ius sedendi inter Decuriones, perinde ac si vnu ex ijs foret; quod proxima verba lapidis exprimunt, *Commodisque publicis, ac si Decurio frueretur.* Ex qua επιχρίσει Sueßanæ Inscriptio- nis colligebamus quintam coniecturam nostram, collato cum ea la- pide Pisano; cùm in utrolibet mentio honoris Biselli reperiatur. Sed non fecerunt Decurionem Chresimum Sueßani, fortalsè ob libertinatatem V. l. vn. C. si seruus, aut libert. l. vn. C. ad l. Visell. Ac, si mi- nus vetasset liberti conditio, non tamen quacumq. leui de causa inge- rendus obuiam cuique erat Decurionatus honor. Satis tractum hoc decore Chresimum putarunt Sueßani, quòd Bisellio, h. e. confessu Decurionali, commodisque publicis, ac si Decurio, donarunt. Quæ sunt tandem hæc *Commoda*, quibus, ac si Decurio, frui poterat Chre- simus? Prouentus, Honoraria, Spôrtulæ, pecuniolæ, quas potissimum lucrabantur, quoties quis in idem collegium, aut ordinem Decurio- num admitteretur; quod & in cæteris collegijs, & corporibus seruabatur. Extra mensuram, ac minimè computantibus nascebatur dul- cius *Lucellum*. signatè id verbum examinat Scaliger. ad Catull. & Gronou. de Pécunia vet. lib. 3. cap. 17. Græcis εἰονλύσιοι, Hesychio εἰσόδιαι, & nobis *Entratura*. V. Alciat. ad l. 239. de V. S Plin. 10. ep. 117. qui, &c. inuenit magistratum, &c. solent totam Bulam, atq; etiam è plebe non exiguum numerum vocare, binoisque denarios, vel singulos dare. Est autem Bulæ Senatus municipalis, vel Ordo Decurionum, de qui- bus loquitur Plinius, cùm Bithyniam Proconsule regeret; & epist. 113. *An in omnibus Ciuitatibus certum aliquid omnes, qui deinde bulenta*

*leguntur, debeant pro introitu dare, &c.* Adde Symmachum 9. epist. vlt. Plura Langleus otij semestr. 3. 1. nonnulla Reines. ep. 31. p. 181. & seq. In nouis Sacerdotijs idem factitabant; quod Suet. Claud. cap. 9. *Pro introitu noui Sacerdotij* appellat: quo sensu *cena Aditiales* ab aditu & ingressu à Pontificibus olim factæ; non *Adiçiales*, ut vulgo scribunt, monuitque eruditè Lips. De magnit. Rom. 4. 9. Horumdememor meminit commodorum l. vn. Cod. Theod. de bonis Decurion. *Curia sua commodis cedant, id est Ordinis utilitati.* & in l. 6. D. de Decurion. Papinianus sub noinine sportularum, *minores viginti quinque annorum Decuriones facti sportulas Decurionum accipiunt, sed interim suffragium inter ceteros ferre non possunt.* ad quem locum Cuiac. siue primo responditor. Papiniani *Commoda* appellat. quem vide & ad Constit. Græcam Cod. quibus muneribus excusantur, &c. & ad tit. de l. ann. auctor *Beneficia* vocarunt historiæ Augustæ scriptores. In aditu quoque ad militiam, & ipso limine tyrocinij soluta ea summula. V. l. 6. de don. inter vir. & vxor. l. pen. §. pen. & vlt. de leg. 3. Et quidem *Commoda* verbum planè militare. Suet. Aug. 24. *Circa commoda emeritorum premiorum.* V. & cap. 49. & Calig. 44. *Commoda emerita militia.* V. & Galba 12. In l. Pater de adim. leg. *Commoda Primipili;* adde l. 2. C. Theod. de Decurion. & silentiar. Suid. Kómoda, δόσεις εἰσὶ τὰ στρατιωτῶν, egregiè Lips. emendat 5. 19. de milit. Rom. ἐπὶ τὰ στρατιωτᾶ, *Commoda, pecunia, aut donatum ad annonam.* Hanc verbivm exprimit sermo nostras, dum appellamus *Commodis* has pecuniolas, & largitiunculas, quæ commodiorem nobis vitam parant. Suspicabar hæc *Commoda* militaria potissimum ab eo spectata, cuius tories id verbum in ore versabatur referente, atque irridente Catullo epigr. 85. de Arrio.

*Chommoda dicebat si quando commoda velle*

*Dicere, &c.*

Iturus enim in Provinciam (fortè belli causa) *commoda* nominabat sibi obuentura. Ne pluribus te morer, plenè *Commoda* hæc examinantem adi Iacob. Gothofr. ad l. vn. Cod. Th. de Bonis Decur. & glossar. Nomico in Ver. *Commoda.* Longior namq. cum *Commodis* ne nimium incommodus tibi sit, lector, ad aquarum diuerticula sermonis cursum deflecto.

## CAPVT XXXIX.

Aqua<sup>z</sup> digitus. Aquam ductilem curare censorium Romæ munus : in munizipis decurionale. Ius aquæ. Hydroscopi. Hydrologi. Aquæ leges. Aquilices. Elices. Aquarij : aquarum mensores. Digitus inter aquæ modulos. Robert. Kœchenius. ûd̄ aros δάχτυλος. Ratio dimetienda aqua per digitos. Benedictus Castellius insignis Mathematicus Galilai discipulus. Famianus Michelinius. Matrices fistule. Minuscularij aquæductus. Paragogia. Vbera. Formæ aquarum. Formale. Comitiua formarum. Zampilli. Pes, vncia pollex aquarum mensura. Imperatori dein soli aqua ius diuidende. Diuini, cælestes apices. Honorificum intra ædes aquarum ductus. Vt opt. maximum. Optima lege. Aedes, fundus, ager vti opt. maximus. Seuir gratis. Sine impendio. Sine censu. Decurionatus gratuitus. Ob spem procelius. Processioni. Alij lapides illustrati. Ornamenta decurionalia.

**P**ræter Commoda Decurionalia cum Honore Biselliij delata Chresimo ob editum splendide munus, adiungitur publicæ existimationis alterum specimen, sed & usus commoditatis; *Vt aquæ ductus in domo eius fluere.* quæ verba non incuriosus transmitto; tum quia opellam aliquam iam promisi huic Inscriptioni, tanquam germanæ lapidis nostri Pisani; tum quia cætera hæc Commoda, atque ornamenta in Comitatu esse videntur Honoris Biselliij. Ac lectio marginalis varietas, vbi pro *Aquæductus* reponitur *Aquadigitus*, mouent mihi curam libentius. Veriorem existimo hanc alteram lectioñem, & ex artis hydragogicæ ratione. atque ita fortasse scriptum erat in lapide; sed aut facili ætaris detimento in tam affinibus literis, aut in voce non probè intellecta ab exscriptore, notior altera occurrit *Aquæductus*. Diuergia hæc aquarum, & salientium riuiuli in ædes priuatas deducti, siue vt loquitur eleganter Marcialis 12. 31.

— *vix ductile flumen aquæ.*

ad Censoriam Iurisdictionem attinebant Romæ, & eius administratos ædiles: qui permittebant, vendebant, largiebantur, præsertim in abundantissima illa fontium eruptione, qui Vrbem tam multiplici fluxu

fluxu irrigabant. Cæterum exinde Præfectos Pr. aut Vrbi custodiendæ , ac tuitioni aquarum ductilium excubasse , ne qua fraus obrepert , ac ne quod eæ damnum facerent , argumento sunt Constitutio[n]es Principum ad eos Magistratus perscriptæ in legibus vtriusq. Codicis de Aquæduct. Alias sarta testa illorum curabat Comes Formarum , de quo Cassiod. 7. var. 6. Reperimus etiam *Consulem Aquarum* in veteribus saxis : ac meminerunt rescripta eiusdem Cod. Th. Qui consul saltim in noua Roma sub Constantino M. tenuit . At *comes Rer. Priuatarum* peculiari munere aquæductus Palatinarū ædium dispensabat . V. Iac. Gothofr. ad Cod. Th. eo tit. In municipijs autem decreto nonnunquam Decurionum aquarius ille ductus ( vt ex hac Inscriptione liquet ) concedebatur ; ac multò magis Præsidum , Proconsulum , aliorumue provincias regentium arbitrio , vt credi par est . Cui usus hic publicæ aquæ in præmium vrbani[m] deriuandæ contingit , non mediocre honoris instar obtinuisse constat . *Ius aquæ* appellatur in l. 5. C. de aquæduct. Hæc deriuat e[st] , aut erogatio non sine opera , & ministerio libratorum , aut mensorum fiebat , qui assignati moduli copiam ex præscripto artis diuiderent . Τρόπος κόπιας Græci vocant , & ὑδρολόγες Aquileges in gloss. ab aqua legenda , hoc est colligenda ; & Aquilices , & Elices , & Elicatores ab eadem ( vt puto ) licienda , siue elicienda : quo verbo eliciendi in hac ipsa re vtritur. l. 3. C. de aquæduct. Sic Elices Festo fulci aquarij . At Frontino de aquæduct. Aquarij sunt ij mensores , & aquilices . Inter cæteras erogandæ aquæ mensuræ fuit *Digitus* . Idem Frontinus , *Aquarum moduli aut ad digitorum , aut ad unciarum mensuram instituti sunt* : ad quem locum Robert. Keuchenius , qui nuper Frontinum notis illustravit ; atque hanc ipsam inscriptionem producens , præ Aquæductu maluit ipse quoque *Aquedigitum* . Antea Brissonius lib. 6. formul. vnde hausit Keuchenius de hac aqua salienti cum magno silentio . Porro Campanis potissimum ( quo in populo Suessa Colonia , vbi inscriptio hæc) mensura , aut modulo digitorum vñi ad aquas dimetiendas ; quod disertè tradidit diligentiss. earum inspecto[r] , & Scriptor Frontinus , *Digitus* , inquit , in Campania , & in plerisq; Italia locis , uncia in pupula . Postremum hoc verbum reformant *In pupulatoria* , ac noui ne quid nos , affert eruditus Keuchenius : Mauult Gothofr. *In populo* , hoc est , in Vrbe . Nunc & h[ic] eis inter ductus fluentes aqua mihi hæret ad incertam vocem . *Digitus aquæ* meminit lex Græcè scripta Λούκιος 37.

de

de seruit, rust. præd. (non vrbani, præd. quod in notis Keuchemianis leui menda obrepfit) in qua lege Lucius quidam per epistolam, aut scripturam, qualem vocat I. C. Gaio Seio fratri concedit aquæ digitum, ὕδατος, &c. δίδωσι, τῷ χαριτῷ μαῖ σοι δάχτυλον. De aqua, &c. do, concedoque tibi gratuitò digitum, ut ibi vertitur. Prorsus illic lego δάχτυλον, non δάχτυλον : quam postremam vocem cur in notis haud temel Keuchenius retineat, non video ; nisi librarius in culpa. Quæ sit dīgiti (intellige transuersi) mensura, notissimum est; quæ omnium minima existimatur, latitudinis nempto, quantam hordei grana quatuor sua crassitudine occuparent. In aquis autem dimetiendis non sola tubi, aut fistulæ latitudo spectanda est, sed totum oris cauum, qua in ambitum panditur ; ut digitalis omnino sit diameter, siue quatuor granorum, qui in se circumactus parem faciat unde cunque epistomij apertione. Alter namq. ostium canalis esse posset latitudine vnius dīgiti, sed trium, quatuor, pluriumue proceritate, figurâ parallelogramma : in eptum autem id ad hydrometriam. Digitus etiam quadratus motum parum æquabilem, minusq. expeditum redderet aquæ fluentis : sordesq. & retributa angulosis fuderent in laterbris damno tubulorum, ac ductuum. Ceterum si rotunda sit fistulæ cauitas digitali in orbem spatio, trudentibus sese inuicem æquabiliter partibus ; tum qua currit, atque eluctatur ad exitum ; tum qua in ipsa eruptione desilit latex, certior dimetiendi, atque erogandi regulâ ad moduli iustitiam, atque artis dispensationem continget. Quæ dicta volui, si antiquum, ac simplicissimum dimetiendi morem in sua, tum nominis, tum rei origine contemplamur. Verum ad altiorem theoriam pertinet (cui libenter procumbimus) causas, rationesque hydro-metricas speculari : quod cum primis egregiè præstítit D. Benedictus Castellius Pisani nostri Lycei quondam matheleos professor *Nella misura dell'acque correnti* : auctor vel hoc ipso cum præfatione honoris nominandus, quoniam dīgitus, aut riūulus è magno illo, atque inexhausto fonte defluxit Gallo Gallo. Nuperq. ab eadem scaturigine Famianus Michelinus Serenissimi Principis Leopoldi ab Etr. Mathematicus, ac præceptor meus, mihi dignè æstimandus in paruo libro, sed ingentis pretij *Della direzzione de' fumi*, ubi tum experimentis, tum Geometricis rationibus aquarum cursus, diuergia, stationes, viresque speculator, & ad usum dirigit.

Fuit, cum aquæ dīgitos eo dictos allubesceret exponere, quoniam simi-

similitudine digitorum in subtilest meatus dirimerentur. Nempe quemadmodum digitii sunt quidam ceu fluxus, & productiones manus, aut volvæ, quæ paulatim in eas carnis diuisuras gracilescit, ac definit: ita Castellum, Forma, aut congregatio aquæ, siue fons plenior, & vndantior in minutis, ac subtilest fistulas, quasi totidem digitos erogatur, ac diuiditur. Contra Matrices fistulas dixerunt, vnde hæ minutiores deriuantur in l. 3. C. de aquæduct. quæ & Minuscularij aquæductus. in l. 10. eodem tit. fistulæ s. & canaliculi angustiores; alio nomine Paragogia ibidem. Sed & Paragogius aquæductus aliter explicatur pro subsidiario, & ad supplementum, vt ex Frontino colligit idem Cothofr. ad l. 8. C. Th. de Aquæd. Ab humani corporis iisdem parte, nomen fecerunt castellis, aut conuentibus aquarum, r̄bera, & Mastos appellando. eleganter Cassiod. Variar. 7. 6. de aqua Claudia Lunacris, & domibus liquores purissimos fistularum uberibus emissæ. At Formæ ibid. de ipso aquæductu, & structili opere, qua latices decurrunt. Hinc Formæ aquarum l. 1. C. de aquæduct. l. 39. §. hæres de legat. 1. l. 27. de Vſuſr. leg. Formæ hodie Neapolitanis. Comitius Formarum eidem Cassiod. hoc est, Præfectura aquæ ductuum. Frontin. lib. de aquæduct. Formas ductuum nominat. V. notata à Keucheno. Plura de hoc lure aquæ suo more feliciter exundans Iac. Gothofr. ad tit. Cod. Th. de aquæduct. vbi multa alia inspergit de aqua concedenda, eroganda, custodienda. Nobis Zampilli dicuntur subtilest erogatiunculæ, ac minutæ concisiones salientium laticum, qui multò sæpè cum lusu ad voluptatem, atque irrigationem euerguntur. Zampilli autem idem sunt, ac digituli: sicuti Zampa pes ferinus est multifidus, ac digitatus. Sed Pes quoque ipse, vel mensura, vel lex aquæ diuidendæ: cuius pedis respectu Vncia inter modulos aquarum recensetur. Sicuti namque in asse hæreditario, sic in aqua diuidenda, duodecima pars pedis est vncia; Pes autem tanquam as, aut solidum; at digitus decima sexta pars pedis; atque adeo vncia aquæ maior erit d'igito quartæ partis excessu. Atque hoc pacto intelligendum esse. Aqua digitum in marmore Sueffano, mensuræq. rationem exponendam existimo. Pollex quoque apud aquarios pro modulo laticis, sed maior Digiō, & idem cum Vncia; quoniam tres pollices quatuor digitos efficiunt; sic erit unus pollex duodecima pars pedis, nempe vncia. Idem Frontin. de re agrar. Pes per uncias, &c. palmus habet digitos quatuor, uncias tres, &c. & ibi Keuchen. ante illum Brisson. supr. laudatis locis.

locis. Ut autem apparet, de re agraria, ad rem aquariam translata fuere ea nomina. Vniciam igitur non pro modo ponderis, sed pro mensura spatij, aut loci, qua fluidens aqua decurrit, accepterunt, hoc est duodecimam pedis partem. Nostri aquarij pro nummorum etiam magnitudine, diuidere, & indigitare solent. *Vn quattrino, una crasia, &c. D'acqua;* quantum scilicet eius nummi ambitum, aut diametrum rotunda fistulae cuitas æquaret. Sed cum his aquarum digitis, qui è publico fonte in domum Chresimi ad priuatos usus diuertunt, nos quoque parumper ab *Honore Biselli* diuertimus, quem suo decreto cum Commodis, & Aqua Decuriones contulerunt: qua in re dignum est adnotacione, quod paucis deinceps annis post Antoninum Pium, sub quo lapis hic Sueffani inscripturnus fuit, non licuit nisi Principi eas aquarum erogationes largiri ex constitutione Theodosij, quam mox renouauit Anastasius Imper. I. vlt. C. de aquæduct. *Nemo, inquit, vel in hac sacratissima Ciuitate, vel in prouincijs sine Diuinis apicibus de sacro epistolarum scrinio more solito edendis, &c. aquam de publico aquæductu seu fonte trahere permittatur, &c.* & I. s. eo tit. *Si quis per dinimam liberalitatem meru. ris ius aquæ, &c.* Utrobiq. *Diuini titulum apposuerunt Imperatorio beneficio, insana eius ætatis adulazione.* Sed *Diuinos apices, qui & Cælestes in I. s. intellige lineas, & characteres, quos maius Principis recrribendo supphæcum precibus duxisset.* Suo, & statu nomine hæ aquarum Indulgentia Beneficia appellata, & *Inre beneficij concessæ.* leges lege supra laudatas. Ergo Decurionibus sublata potestas largiendæ aquæ; adeò equidem, ut hæc ipsa Principum Indulta, (quomodo aliter vocantur in I. 3. eo tit.) non rectoribus Provincia rum, sed soli præcellentissimæ sedi Præfecti Præt insinuanda esse iubeat ea lex s. Grauibus ad hæc sanctionibus obstringuntur, qui quid furtiuè, licenter, iniuste aduersus publicæ aquæ securitatem commiserint; quæ singula honorem arguunt non mediocrem ei collatum, cuius domum riuiulus, aut *Digitus aquæ* fluens perreptauerit; quamvis scilicet Chresimo Sueffani cum Honore Biselli permiserunt.

Sed omnibus hisce ornamentis speciosa additur verborum forma, ac solennitas, qua *Honor Biselli* deservitur. *Quo quis optimo exemplo in Colonia Sueffia habuit:* perinde ac si dixerint, quanta maxima honoris testificatione, publicaque benevolentia consensu, ac favore ullus unquam habuit: siue, Ad optimi, ac plenissimi exempli disciplinam, qua præmijs afficeret, ac decorare conuenit, qui virtutem, ac merita,

refumque bene gestarum laudem Reip. adprobarunt. Haud diffi-  
cili elogio 416. 8. Grut. *Honores, quos cuique plurimos decreuit;* & 258.  
6. *Super omnes retro, &c. in l. 1. de albo scrib.* *Quo quisque eorum max-.*  
*mo honore in municipio functus, &c.* Solenne id Romanis, quories lar-  
gi. simè quid, ac plenissimè factum, omnibusq. absolutum partibus de-  
monstrare velint, *Optimum appellare, & uti optimum, maximum.* V.  
Fest. in *Optima spolia ib.* *Vt qui optima lege, &c. & in Optima lex.* & Gel-  
lius 1. 12. *Vt que optima lege sunt, &c. vbi Scaliger legit, uti optima-*  
*maxima in not. ad Festi locum.* Gruter. 215. 2. *Vineam Calcidianam*  
*cum parte fundi Pompeiani, & uti optima maximaque sunt suis finibus, &c.*  
Sic ager *uti opt. max.* Paulo sententiar. 3. 6. *Fundo legato uti optimus*  
*maximum est.* eadēmq. loquendi formā idem I. C. I. fundo legato 22.  
de fundo instr. vel instrum. leg. Gaius quoq. in l. 69. §. 3. de leg. 1.  
quibus verbis significatur, qua fundus liber, instructus, optimaque  
conditione longè, latèque paret. Neque id in legatis tantum, sed in  
contractibus, aut synallagnatis. V. l. non tantum de V. S. ib. *Vt opti-*  
*mus, maximumque, &c. & l. qui uti eodem tit.* *Aedes uti optima, maxi-*  
*maque, &c.* Brisson. lib. 6. formul. Sed *Quo quis optimo exemplo in-*  
*Suessana epigraphe, aliter exponamus licet; quatenus videlicet per*  
*leges, ac mores, exemplique religionem ullus unquam in Colonia-*  
*Suessana habeat, qui libertus extitisset.* Sic in lapide Suelitano, quem  
sup. attulimus, *Omnibus honoribus, quos libertini gerere potuerunt, hono-*  
*ratus.* Plura pete ad illustrandum hunc locum ab indice Gruteriano,  
vbi identidem occurunt illa, *Omnibus honoribus, &c.*

Haud satis tandem grati sibi videbantur Suessani coloni erga Chre-  
simum parentem, cui tam multa detulerunt, nisi filium quoque Ti-  
tium Chresimum, *Ob merita Patris exornassent,* cui *Honores Decurio-*  
*natus gratis* decreuerunt; immunem s. ab impensis, & sumptibus  
vacuum, quos subibant grauiissimos. cùm in ordinem cooptabantur,  
per epulas, ludos, &c. datis etiam cuiq. Decurioni sportulis, aut Com-  
modis, de quibus superius nonnihil exposuimus. Sæpè in saxis *gra-*  
*tuita haec collationes honorum; sicuti & Gratuiti appellabantur qui ac-*  
*cepissent.* V. Reines. d. epist. 31. pag. 183. & Grut. 454. 7. 172. 13.  
vbi de Augustali gratuito. Conlibertus ille Trimalcionis de se glo-  
riabundus in fragmento Petroniano, *Seu in gratis factus sum.* quo re-  
spexit Mamertin. in paneg. *refertur nuntius consulem me creatum sine*  
*impendio.* Neque ad modum diuersum apud Gruter. 408. 1. *In curiam*  
*ad.*

admissi sine censu, non facta s. fortunatum inquisitione, quasi remissis  
impensis decurionatus. Sed Sueßanæ soror inscriptio alia apud eum  
dem Gruter. 183. *Huius ordo Decurionum ob spem processus sui decurionis*  
*gratuum obtulit; vbi verba illa Ob spem processus, non me tenent*  
penitus indiligentem: intellige ob spem alcensus, aut promotionis  
ad gradum honoris splendidiorem, maioremque in sua ciuitate exi-  
stimationem, ac decus: spectata eius iude, aut virtute, quæ id ipsum  
spondere videbatur. Neque aliter in l. 41. de donat. inter vir. & vxor.  
Nam & Imperas. Antoninus const. tuis, ut ad processus viri uxoris ei dona-  
re possit. Ex D. Ambrosio, & Seneca patre alia de Processu testimonia  
affert. Ræuar. coniect. lib. 2. cap. 9. Sed Processus quandoq. idem ac  
Processiones, pompa nempe illa, & traductio solennis Magistratum in  
auspicijs honorum; sic Iustinianus nouel. 105. septem Processiones no-  
minat ostendendæ munificentiaz, & à nouis Consulibus celebratas.  
V. & l. 2. C. de Coss. προστάτευσας s. item si quis Inst. de rer. diuisione. Coripp. Afric. de  
Iustino lib. 4. *Processum Augusti Consulis optas.* Sic nobis Processioni.  
Sed satius est, si Processum intelligamus, gradum, & ulteriore in  
via honorum semitam, nobis ad amissim, avanzamento. Sic Iuuuen.  
sat. 1. 38.

---

Optima summi.

Nunc via processus, vetula vèfca beata.

Adi & doctiss. Scipionem Gentilem lib. 2. cap. 5. de donat. inter vir.  
& vx. qui & alteram Gruter. Inscript. Ob processus suos, non de vale-  
tudinis processu, sed de honore (vt dicebamus) aduersus Ræuardum  
exponit.

Atque huic Chresimo patris cognomini Decurionatus tribuitur,  
quem poterat ex lege consequi: at pater ob libertini notam repelle-  
batur. Augusti namque libertus in lapide dicitur. V. l. vn. C. ad 1.  
Visell. & Julian. Imper. in l. 9. C. de Dignitat. Libertorum fil. (non  
libertinorum) adipisci clarissimam dignitatem non prohibemus. V. ib.  
Gothofr. Adde l. 1. C. si seruus, aut libert. &c. Atque hoc ius serua-  
batur ante nouellam Constitutionem 78. quanquam hæc non carent  
difficultate. Filius ergo Chresimus in hac inscriptione gratuitum  
consequitur Decurionatum, pater Comoda Decurionalia, atque  
Honorem Biselli, ea qua opinabar declaratione, vt esset ingressus in  
Curiam honorarius. Hunc ingressum ferè comitabantur Comoda,

aut saltēm ornāmenta , in veste , ac sede , alijsque iuribus , arque im-  
munitatibus , de quibus in tit. Digest. & Cod. de Decurion. Binis au-  
tem alijs saxeis testimonij videor posse iuuare haud temere conuel-  
lendam hanc quintam nostram diuinationem . Primum est Atella-  
num 1099. 3.

*Cn. Plaetorio VI Viro*

*Augustali*

*Biselliario*

*Honorato ornamentiis Decurio  
nibus*

Hic Plaetorius fuit Biselliarius , quod exposui , donatus Iure bisel-  
lij , seu confessu inter Decuriones : illico sequitur *Honorato ornamentiis  
Decurionalibus* . Ac sicuti in Sueffano , ob editum splendide munus  
fuerunt Chresimo honores , atq. ornamenti collata: pariter hic Plae-  
torio , *Quod auxerit ex suo ad annoveriam pecuniam H S X N . Et vela  
in theatro cum omni ornatu sumptu suo dederit . Alterum saxum est in  
105. 2. vbi diserte honori adscribitur , conuenire inter Decuriones ;  
& statim alia ornamenti pariter decernuntur .*

*Cui ordo Mun. Epor.*

*ob merita*

*Cenis publicis inter  
Decuriones ludis con-  
venire permisit aliaq.  
Ornamenta decrevit .*

Quinti hæc loci coniectatio præt mihi , & lampadem tradit ad  
sextum interpretamentum . Cum n. tum in Sueffano , tum in Arek-  
lano lapide Augustalitatis honor , arque ordo nobis occurserit , in-  
spiciamus , an Bisellum huic municipali dignitati aptari queat .



## CAPUT XXX.

*Sexta explicatio.* Augustales: medius ordo in municipijs, aut colonijs, & equestris Rom. παράληπτος. Duumiri ex Decurionibus lecti. Discrepant à Reinesio. Ordinatio: Ordo. Seiiri Augustales, & απλῶς Seiiri. Cenae Seniralis. Augustalitas. Seiiratus. Vnde nomen. Praefectus Augustalis. Milites Augustales. Ludi Augustales. Sodales Augustales: quibus Senirs similes. Coloniae urbis Romae similes. Flamen Augustalis Pisus. Sacerdorales. Augustalitas potius ordo, quam administratio. Primi Augustales.

**S**exto igitur istu collimemus; Augustalitatis Ordinem, aut munus sub examen reuocaturi. loquitur de Augustalibus, quibus publicæ administrationis officium in colonijs, aut municipijs, suisue ciuitatibus commissum est. Neque ignoro quod Cl. Reinesius scribat ea epist. 31. p. 179. in quocunque etiam corpore, aut Collegio suos fuisse Decuriones, Augustales, Quinquennales: quod nunc, cum non vacat expendere, nec liquere ait.

Erant Augustales honestus ordo in suis ciuitatibus; sed infra Decurionum amplitudinem, & supra plebis, aut populi tenuitatem: veluti παράληπτοι Equitibus Romæ Vnde in Vent. Lapidibus, ea qua dicebamus metatura collocantur, vt 240. 1. Decuriones Augustales, & Municipes; & 475. 3. Ordo Decurionum, & Augustalium, & plebs uniuersa in Suessano; quem modò explicauimus; & 1089. 6. Ordo Decur. & Augustal. quorum trium ordinum respectu in Pisano Decreto de Obitu C. Cæsaris Per Consensum omnium ordinum, &c. Videatur doctiss. VVeler. lib. 5. Vindelic. p. 104. ex eo Reinesf. d. epist. p. 177. A Decurionibus autem siebant, aut legebantur Augustales, vt idem Reines. monet: cuius tamen illud non placet è corpore, aut numero Augustalium fuisse lectos Duumuiros. Erant namque Augustales infra Decurionum ordinem, vt certissimum est, & idem tradit Reines. at Duumiri nequibant fieri, nisi qui iam inter Decuriones conscripti essent. Diserte I. C. Paul. in l. honorem 7. §. is qui D. de Decurion. Is qui non sit Decurio, duumiratu, vel alij honoribus fungi non posset. Imò ex posterioribus Decurionum, qui & Primi, & Principales (diximus sup.) seligebatur Potestas Duumirialis. Idem Paulus ib.

Hone.

Honores, & munera, non Ordinationi, sed posterioribus quibuscumque sunt iniungenda. quod hic dicitur *Ordinationi*, idem est atque Ordini. quasi non inconsulte, ac sine iudicio, cuique in ordinem Decurionalem adscito sunt iniungenda munera; sed cum delectu qui digniores fuerint, ac magis probati, ut ego exponerem. Consularur & Panciro. de magistr. municip. cap. 7. quomodo igitur ex Augustalium numero creabante Duuumiri, si Augustales non modo selecti inter Decuriones non erant, sed neque ordinem ipsum attingebant? Non mihi tanti est lapis ille apud Grut. 57. 6. quem profert Reines. quin praestent oracula legum, aut consultorum: immo ratio ipsa, & communis rerum sensus. Cum enim Duuumiri sint, veluti Consules, ac fastigium teneant honoris in sua patria; è Senatu, siue Decurionibus, dignissimo omnium ordine, sunt excerptendi. Consideratissime idem Reines. aduertit horumdem Augustalium mentionem non reperiri in libris Codicis, ac Digestorum; ac nos sup. diximus de ordinè Decurionum, de quibus pariter mutiunt libri Iustis. Hi & Augustales, & Seviri Augustales, quoniam rotidem essent, appellati; quandoque cum eâ nota 1111. Augustales. V. Rein. ib. & Indicem Gruterianum: & Honorati Augustales 57. 6. nisi error fuit scalpri, aut exscriptoris. per placeret Honorati, & Augustales, sicuti alibi Honorati, & Decuriones 279. 3. & Honoratis, & populo 330. 2. Pari ratione Plebs urbana, & Honore vñi 343. 6. 387. 8. 392. 1. Plebei, & Honore vñis 485. 8. Atque hac nostra additione &, in lapide 57. 6. Honorati, idem essent, ac Decuriones, siue qui ex Decurionibus honorem aliquem gesserint; nec vñlā foret absurditas, ut ex iis Duuumiri crearentur, quin potius ap̄tissime congrueret ex d. l. honores D. de Decurion. quod obiter sit dictum ad eam ipsam Reinesij observationem, atque epigraphen, si opus sit, defendendam. Hi Augustales simpliciter. Seviri nonnunquam. fragmento Petron. haud semel sevir gratis factus sum pag. 40. & Habinna sevir est pag. 52. Inde Caena Seviralis ob Honorem Sevirus data Grut. 1073. 6. V. Reines. ea epist. vbi nescio quid de duplice gesseretur sevirorum, ac de sceminiis in eum ordinem adlectis, aut solitem ornamento honoratis sine viri, ac ministerio. Honor autem hic, nunc Augustalitatis nunc Seviralitatis: idem Reines. ib. & Index Gruter. Quod vero scriptor idem antiquarum diligentissimus non dubitet p. 177. eo dictos Augustales, quoniam arbitratu, & mandato Magistratum maiorum, seu Praesidianis ab Augustis impositorum nominati,

vati, selecti, aut saltem confirmati fuerint: atque ita tanquam Augustorum beneficio Augustales appellati, non inerudit desfluit origine nominis. Confirmari potest exemplo Præfetti Augustalis, quem Aegyptio impositum, ut ei regno præficeret, à se nominauit Octauius Augustus, qui primūm constituit. Haud secus milites Augustales; de quibus Veget. 2.7. *Augustales appellantur, qui ab Augusto ordinarijs iuncti sunt.* Sic Ludi Augustales, & vel in honorem, vel institutio Augusti ita appellari. Sed non improbabile illud mihi succurrebat, imitatione, atque exemplo Augusti Sodalium Romæ, hec etiam in Colonijs, & municipijs potuisse nuncupari. De his, qui in urbe Tacit. 1. ann. *Annus V. C. DCCLXVII, novas ceremonias accepit addito Sodalium Augustalium sacerdotio, ut quodam Tatius recipientis Sabinorum sacris Sodales Titios insisterent.* meminit & Suet. Claud. cap. 6. In Provincijs autem, & alijs ciuitatibus publicè, ac solenni sacrorum cursu profuisse Augustales Seuiros assentiōr libentissimè eadem Reinesio, quod referrem etiam procreationem, & apparatum ludorum, qui ferme in honorem Numinum edebantur, ut ex inscriptione Neapolit. 9. 4. quam affert Reines. Addo tutelam, & custodiam loci, aut rei dicaræ, aut religiose. Inscr. Gruter. 358. 3. *In latere arcu Sevirorum ob locum, & tuitionem statua, &c.* Quod si rump nomen congruit Augustalium tam Romæ, quam in alijs ciuitatibus; tum munus non dispar rebus sacris vacandi, ablōnum: minimè videatur, si municipalis hic honor imitatione Romani Sacerdotij sit appellatus. Scimus verò id studuisse colonias, ac subiectos populos, ut imitari quam diligenter res Romanas noscent: quod partim adulandi calliditate, partim ambitionis sensu fecerunt. Beatores autem illi, qui in eo studio magis se adprobarent, ac simiolam blanditijs agerent. id maximè sub Augusto, qui longo otio, pace, ac felicitate vius, nouis magistratibus, legibus, moribus Romanam politiam fundavit. Et quidem extra Romanum quoq. non vna in ciuitate reperitur Flamen, aut Sacerdos Augustalis in honorem, & cultum Augulti qua viuentis, qua defuncti lectus, & appellatus. In urbe Nicopole meminit Arrian. dissert. epictet. 1. 1. 9. Pisis in eo decreto lapideo de Caij Cæsar's mortuali memoria *T. Sætulenus Iunius Princeps Colonia nostre Flamen Augusti.* &c. num verò iij quos in vetustis Inscriptionibus Sacerdotes legitimus, ijdem sint atque Augustales, ut vult Reines. d. epist. pag. 156. non mihi pro certo est. Scimus namque in ipsis ciuitatibus non vnum fuisse genus, non vnum colle-

collegium sacris operantium: Augures, Flamines, Pontifices, Sacerdotes: alios temporarios, alios *die Cliv*: alios maiores, alios minores! Adi Iacob. Guther. de V. Iure Pont. i. 6. quem auctorem politissimum miror, ne γρ̄o quidem de Augustalibus tradidisse. Inscriptiones à Reinesio prolatæ *Sacerdosalem* memorant sine alio adiuncto: vnde colligerem ex quadam exoche summum in ea ciuitate Sacerdotij genus significari, ac supra ordinem Augustalitatis. Sed viderint alii; ne in longiora diuerticula abeamus. Opportunior occasio curas dispensabit attentiores. Ea mihi sedet sententia non ubique in colonijs, municipijs, ciuitatibusq. fuisse Augustales; sed pro ipsarum amplitudine, viribus, studijs, institutis variatum fuisse in vsu, numero, munijs, nomine etiam Sacerdotum: ἀλλοι ἀλλα. Quod autem hi Augustales alijs quoque aëtibus sese immiscuerint præter sacrorum procura-tionem; præcipue autem Iuri dicundo, haud repugnauerim. quod Reines. moneret ex Inscriptione 421. 7. Non tamen vitroque pollice adprobo, quod *Praefectus I. D.* in iisdem Inscriptionibus de Augustali sit accipiendus. Potius crediderim hos Praefectos extra ordinem, ab ipsis Decurionibus fuisse postularos, aut a Præsidibus impositos per rerum gerendarum occasiones, si alij magistratus defecissent; Praet mihi Decretum Pisaniū de Caio Cælare Augusti nepote, *Quando eo casu in Colonia negatī Vir, neque Praefecti arario, neque quisquam Iure dicundo præcrat*. Semel autem hoc dictum velim, priores ordinem, quam magistratum, aut administrationem Reip. fuisse Augustalitatem, quod allatæ superius Inscriptiones docent. Sed in hoc Augustalium ordine, corpore, munere, collegio, non omnes paris dignationis, atque auctoritatis. Reperitur qui *Inter primos Augustales à Decurionibus sit factus 409. 5. & 215. 2.* Et Augustales primi ib. & XIV<sup>ir</sup> Augustalis in municipio Suelitanō D. D. primus. quem lapidem exacte, & pro innumera sua doctrina explicat Reines. d. epist. 31. Sicuti igitur de collegio Decurionum diximus, alios fuisse primos; Principales, atque honestissimos: ita de Augustalibus libet expone-re, prout vel antiquioris ætatis præindicio, vel maiori usu Reipublicæ, vel suffragiorum prærogatiua, aut iudicio Principis meruerint ita appellari. Ac sicuti *Iuniores, & Seniores Decuriones*; ita de Augustalibus ratiocinari conuenit, quod sup. statuimus. Cum igitur quidam gradus in Augustalitate, maioris, aut minoris existimationis reperiantur; ita *Honor Bisellij* insigne quoddam esse potuit, & argu-men-

mentum maioris præstantiae in eo ordine, vel collegio. Inde Plaetorius dicta epigrapha *VIVir Augustalis Biselliarius*: nempe ut digniori, & ampliori loco inter Augustales federet; quod bisellio exprimebat, ut abunde superius adnorauiimus. Eadem prorsus conjectandi ratione, quam in Decurionatu attulimus, à similitudine veri non deficit, ut cuiquam Augustali extra ordinem, ac peculiariis ob meriti causam ius datum fuerit sedendi inter Decuriones, quod Biselli nomine, & honore designabat, ut dicebamus. Inde *Augustalis Biselliarius*; erat n. Augustalitas infra Decurionatum. Iuvant quæ proxime sequuntur in epigrammate de Plaetorio, *Honorato ornamenti Decurionalibus*, non igitur verè fuit Decurio; sed ingressu, & aditu ad curiam, ornamenti, perinde ac si foret, rebatur: quorum adepta honestas (ut potè existimationis non trahatricè) posteris ut innoveret, inculpam saxo voluit, qui titulum fecit.

## CAPVT XXXXI.

*Imagines. Clypei. προτομαι. θώπαντες. Statua maiores, digniores. Emundus Figrelius. Carrus quadrigarum: statua illuc triumphales, in celebrioribus locis posita. Biga. Bigæ honor. Biga postulata ciui bus benè de patria meritis: precipue ob liberalitatem. Siglæ. Spectaculum: pro loco spectandi. Biga adiecta. Auctus. Bigam postulabat, vel populus, vel officia, & corpora. Decreta quandoq nullo postulantem. Decuriones postulatae decernebant, Publico, aut collato aere ponebatur. Remissum sape impendium ab eo qui acciperet. Due quandoq; decretæ: quandoq; coercita populi postulatio. Statutum tandem ne nisi impensis accipientis. Visita primata collatio in Principum statuas. Honorificum biga traduci: item imagines, & statuas. Diferre circenses. Iudiciale carpentum. Cum P. Fabro disconuenit. Carpentum pompaticum. Biga Decurionum. Dedicatio bigæ. Honor bigæ forte idem ac Biselli: septima, atq; ultima conjectura.*

**S**e primò, arque ultimò arcum dirigimus: attingere, & ferire (si temp̄ lex est, ut in alijs) non audemus, aut confidimus. Periclitremur si forte Biselli Honor, idem sit ac Biga: ut hac demum biga stadium hocce Criticum sanc̄eps oppidò ac lubricum postrema decurssione emetiamur. Honor Biga Syllabatim his verbis,  
Ec aut

aut raro; aut nusquam in alijs literarum memorijs reperitur: nonnihil dumtaxat erutus ex antiquis lapidibus, quorum indicina proficinus ad ea, quæ mox afferemus.

Multa olim apud Romanos ornamentorum, aut insignium genera, cum ipsis penè Romanarum virtutum certantia generibus; quibus gens illa æqua meritorum æstimatrix, quin etiam remuneratrix viros egregios afficere, atque honestare solebat. hæc autem non præmia tantum iis, qui accepissent; sed faces, atq. irritamenta cæteris, ut non imparem laudis cursum obirent per rerum benè gestarum exempla. Saltem id vigente Republica; sed lapsabundâ mox, ac sequiori genio sæculorum etiam indignis ea decora collata, vitijs sæpe praua virtutum specie latentibus. Inter hæc honorum specimen pectorissimum fuere Imagines, Clypei, ~~oropouæ~~, θώραξ, statuæ: quibus non tantum ora, habitusq. representarentur corporum, quam ipse spirans virtutum vultus, atque animorum effigies, tum superstibis, tum nascituris fisteretur ad nominis famam, posteritatisq. commendationem. Hæ statuæ non vnius generis, aut occasionis; sed neque vnius loci, vbi ponerentur. Parilibus Coloniæ; pedestribus equestribus; equestribus Curules antehabitæ. Summatim dicam: prout excellentius, aut sublimius speciei, & apparatus choragium reseabant, ita digniori loco habitæ. imò quæ magis statuofæ statuæ, magis quoq. illustres, maioribusque dicatae. V. Plin. lib. 34. cap. 4. & seq. norauitque Casaub. ad Pollioñis Claudiuñ cap. 3. Videantur qui impensiùs huic argumento locarunt operam; inter quos nouissime Emundus Figrelius. At omnium honestissimæ Quadrigæ, seu currus Quadrigarum, quem statua insidebat triumphalis. quo sensu Iuuenal. sat. 8. vers. 3. vocavit

— Stantes in curribus Aemilianos.  
& graphicè magis sat. 7. triumphatoris statuam aurigantem depinxit vers. 125.

— Huins enim stet currus abenens, alti  
Quadriges in vestibulis; atque ipse feroci  
Bellatore sedens curvatum hostile minatur  
Eminus, &c.

Vbi Feroci bellatore, siue equo sedere, nihil aliud est, quam ὀχεῖδα  
hoc est aurigari, & habendas regere. Pro Vestibulis lego libertius  
Stant in triujs, loca innuens publica, & totius urbis conspicua, vbi  
cele-

celebrior concursus , populi que adspexit frequentior , qui oculos illuc conuertat . Illi namque currus in foris , templis , basilicis , theatris statuti , potius quam in vestibulis priuare domus , quod magnus interpres voluit . Quod si Vestibula retineamus ; de Vestibulis , propylaeis , atrijs templorum malum intelligi . Ac ferme arcuum molibus , Ianis , zedium fastigijs , operumq. insignibus curuaturis ea sumulacra imposita Prud. 2. in Symm. ver. 555.

*Frustra igitur currus summo miramur in arcu  
Quadrigas , stantesque duces in curribus altis.*

Suet. Domit. 13. *Ianos , arcusq; cum quadrigis .* Sic quoque in Circo quadrigas Soli , Dijsq. alijs circensibus super fornice , aut arcu dicatas videmus . Consule Panuinum , atque alios ; meritò summis honoribus adscriptus locus ille , vbi in oculis populi , & lucis publicæ maiestate statuebant aliquem effigie triumphali ( ut loquitur Suet. Aug. cap. 31.) expressum , & consecratum . Proximus Dijs immortalibus , & ipsi Iouis solio πάρθοντες habebatur , cui tantum culminis contingisset . Currum hunc quadrigarum τέθριππα dixerunt Græci : quam vocem retinuit Cic. 5. ad Attic. 21. oblatum sibi à Cypris honorem narrans , ac recusatum , nullos honores mihi , nisi verborum decerni fino : statuas , enea τέθριππα prohibeo . Puto autem olim numinibus quadrigas , bigas , &c. fuisse dicatas , Soli , Lunæ , &c. Dein hominibus , præcipue victoribus apud Græcos per solennia illa ludorum certamina . Seriùs ad Romanos res venit : apud quos verus primò de hostibus triumphus ; ludicra deinde victoria de aduersarijs id genus publici decoris inuexit . Sed medio anno sub Imp. Bigam viris egregie meritis postularam reperio , quasi dimidiati triumphi simulacrum , uno minus equorum iugo . Aduersus legem puri sermonis , qui iam ad barbariem vergebat , Bigam dixeret ; cùm olim pluratio numero Bigæ , & currus bigarum , sicuti Quadrigæ , & currus quadrigarum dicerentur . Sed poetis tamen quibus nihil non licet , I. Consultis , & Plinio Biga , & Quadriga ; quicquid nolum cruentum literatores . In lapidibus autem ( quod sup. innuimus ) hic Biga honor haud raro memoratur ; quem nos primi fortean excutimus , etsi in transcurso , ac volanti articulo . Ceterum dignus alioquin ritus , & antiquariorum rei pars , in quam incunberet serio vigil , nec oscitans crisis . ac miror tot viros philologicæ diligentissimos , qui de re equestri , curruli , stantaria , Circensi vel impendio , vel obiter meminere , tam secure pre-

terijſſe hanc Bigam in lapidibus. quos iam ſine palangarum, aut cy-  
lindrorum ope producere tempus eſt. Reperio autem iis potiſſi-  
mum fuſſe poſtularas, ac decretas bigas, qui animoſe largiendo, ac  
profundendo populum demeruiſſent. Ferè enim id comparatum  
eſt, vt prona multitudine eum diligat, atque in humeros tollat, à quo  
magis ſe lactaram, ac paſtam, tum commodis, tum voluptatibus len-  
tiat. In Gruterian. 440. 1. Ob iſignem eius editionem muneris bidai  
populo poſtulanti bigam placuit equeſtri ſtatua decreto ordinis eum ornari.  
En muneris editio, quo populus illectus: en poſtulata Biga in hono-  
rem editoris; ſed modis rāmen factus poſtulationi, & decreta dum  
taxat ſtatua equeſtris. Mecum lenſit, ac notauit Emund. Figrel. eru-  
ditio commentario de ſtatuis illuſtr. Roman. cap. 18. Nequibat fieri  
hēc editio muneraria ſine ingenti profuſione, atque impenſa; nec  
ſine ſumma cura, ac vigilantia. Gruter. 421. 1. Qui rogaſuſ ab ordi-  
ne pariter ac populo, ut gladiatoriū muneris publicē curam fuſciperet, fecit.  
& explicito quod promiſſerāt, impendium bigae, quam populus ex collatione  
legatiui, ac donatiui epuli offerebat, remiſit. Hic quoq. Biga honor, ac  
merces oblata ob curam muneris, ac ſpectaculi. Et 352. 1. Huic pri-  
mo IIVir biga poſita ob eximias liberalitates, & abundantiffimas ſine exem-  
pto largitiones, &c. Pariter hīc in oculis populi fuit liberalitas, & lar-  
gitione; data ſpectacula, & commiſſiones, vt deinceps ibid. legitur.  
Et 1103. 4. in Pīſaurenſi, quæ plenior legitur 447. 6. Ob eximias, &  
abundantiffimas largitiones B. G. poſ . . . ex aere collato Decur. decr. No-  
tas, aut Sigla B. G. Bigam expono. Solenne autem veteribus, vt  
non modò integrum verbum ſingulari litera designent; ſed vniuſ  
verbi plures syllabas pluribus itidem notis indiſtent. Non norunt,  
niſi qui penitus ſint peregrini in ſaxis antiquis; at qui vidit, qui legit,  
ac pede (vt ita loquar) offendit in lapides literatos ſæpiuſculè im-  
pegit, cum nobis oracorū, ac ſentire non ambiget. Sigla eleganter  
vocauit Iuſtin. in præfar. de concept. Digestor. & alibi quoque, de  
qua voce Cuiac. 12. vlt. obſeruat. non Sigma, vt perperam alii lege-  
bant. V. & Bernegg. ad Suet. Titum cap. 3. Sunt enim Sigla ſingu-  
lorum verborum ſingulæ notæ. Cæterū & in vno, eodemq. verbo  
plures notæ, vt dicebam, plurium ſyllabarum: vt hīc in Bigam B. eſt  
nota primæ ſyllabæ, G. alterius. Aduerti & in Inſcriptione l. 1. C.  
Theod. de Alexandr. Pl. primat. P. F. hoc eſt Prefecto: alibi B. F.  
apud Gruter. eſt Beneficiarius. In eodem nempè verbo non vna no-  
ta,

ta, sed pro numero syllabarum, aut alia diuidendi verbi ratione. V.  
quæ obleruat Cl. Reinel. var. left. 3. 16. p. 620. Scio tamen & B. G.  
pos. posse exponi *Bigæ Gratias posita*. Arque ex hac quatuor lapidum  
veluti quadriga, ut *Bigam nostram* paulo attentioribus iudicij habe-  
nis nunc regamus, libenter inducor. Liquet igitur cui postulataz, ac  
decretaz fuerint *Bigæ* ad honorem. viris. l. egregie meritis de publi-  
co; præcipue autem qui insigni aliqua largitionis, ac beneficentiaz  
laude, eaque potissimum in ludis, ac spectaculis sese commendassent.  
Miror per amphitheatrum Lipsianum, vbi scriptor ille maximus mu-  
nerarios ritus tam accurate exhibet, non fuisse hanc *Bigam honoris*  
critica obleruatione deductam. Quod si quis querat, quo in loco po-  
sitæ fuerint hæ *Bigæ*? Non est dubitandum (quo pacto sup. de qua-  
drigis diximus) quin totius ciuitatis maxime conspicuo: saepè in ipso  
Circo, & arena tanquam *avathnata* illic in sua sede fuerint erectæ.  
484. 6. *Huic cum & populus in spectaculis assidue bigas statni postulasset, &c.* Vbi τὸ In spectaculis, capio non tam pro celebratione ipsa, &  
actu spectandi, in quo populus postulasset Bigam; sed & locum vbi  
ea statueretur, videor posse interpretari. Sic Sueton. Calig. 35. In-  
gressum spectacula, &c. & Neron. 32. animaduersam matronam èspecta-  
culis. Est enim spectaculum locus ipse, siue θεατρον, aut θεωριον.  
Nolim autem, ut nullus honorem hunc bigæ confundat cum altero,  
de quo apud Suet. Tib. cap. 26. *Natalem suum*, inquit, *plebejüs incur-*  
*rentem Circensibus*, vix unius bigæ adiectioni honorari passus est. Hic  
quoque honor ex adiecta biga: intellige autem, ultra numerum  
confluetum, aut decursionem bigarum, vnam fuisse adiectam. So-  
lenni verbo *Auctum* dicebant. Bigas alicui ponendas postulare sole-  
bat populus, ut ex proxima inscriptione *Bigas statni postulasset*, & sup.  
440. 1. *Populo postulans bigam*, & 444. 5. *Citra ullius postulationem*,  
&c. Addo l. Vlt. C. de statuis, & imagin. *Quoties iudicibus nostris*, vel  
cunibet, alij statua fuerit à quocunq; collegio, seu officio, vel in hac sacratissima ciuitate, vel in Provincijs postulata, &c. Populus autem, ac mul-  
titudo impetu gaudij acta palam, & μια φωνη inter ipsos saepè ludos,  
ac celebritates publicis hisce virtutum testimonij, gratique animi  
significationibus decoratum cupiebat eum, cuius liberalitati, ac mu-  
nificentiaz acceperas voluptrates, arque oblectamenta tulisser. Sed &  
Collegia, Officia, & Corpora, ut ex d. l. vlt. constar. Aliquando ci-  
tra ullius postulationem oblata, ac decreta Biga; quod honestius vi-  
detur

detur fuisse , & maiorem addens existimationem ei , qui receperisset , si sua sponte Decuriones , aut Pr̄ses decreuerit ; sola inspecta virtute quam exornent , nulla populi postulatione qui importune extorqueat . Fortè autem & ipse , in cuius honorem locaretur , quandoque postulabat ; aut per amicos , & Principes ciuitatis ambitu , & gratia petebat . 421. 1. *Bigæ* , quam populus ex collatione legatiui , ac donatiui epuli offerebat . Hic Oblata , vt & 444. 5. *Citra ullius postulationem cum à municipib⁹ suis oblatum , &c.* At Decurionum erat postulatis populi annuere , ac decernere , quod ille petisset ; vel modum , ac legem imponere , si excessisset , vt ea nos docent tassis incisa epigrammata . Hinc fermè conuincta decreta cum postulationibus , vt in iisdem lapidibus videre est , quibus adde & 483. 9. Ad eiusdem Ordinis , sive Decurionum curam , aut decretum attrinebat , locum , ac pedaturam statuere , spatiūque definire , in quo biga , statua , aut aliud honoris causa poneretur . Hinc illa toties *D D D L Decreto Decurionum Datus Lex* : aut consimili formula , quæ s̄pē tibi obvia .

Sed hæc obtinuisse opinor ante Constitutionem Arcadij , & Honorij quæ in l. 4. C. de statuis , & imagin. vbi extra Imperiale beneficium , h. e. Principis permissionem nemini , aut iudici , aut in administratione posito licet accipere statuas *eneas* , vel *argenteas* , vel *marmoreas* , vt illic sancitur . Seuero autem pœnarum interdicto defigunt , infamiae . f. & quadrupli quisquis aduersus legem commiserit . Verabatur forsitan populi exultabundi , ac præ gaudio lascivientis temeritas , qui vel leui de causa , vel nonnunquam indignis humectu honorum contulisset : aut coercebatur affectantium ambitio , ne subdolis blanditiarum artibus extorquerent titulos , ac duraturæ monumenta memoriae inanitate colligerent . neu tandem cum patrimonij ruinâ insanis opuni profusionibus populi fauorem redimerent ad eas ponendæ sibi statuæ capturam .

Publicis demum sumptibus plerumque factæ , ac statutæ apparent hæ Bigæ : 484. 6. *alterius sumptus remisit Reipub.* & quidem collatione , aut ære corrogato ad id opus . Sup. 447. 6. *ex ære collato. 421. 1. ex collatione legatiui* , l. vlt. C. de stat. & imagin. *ex Descriptione* . Et quod s̄pē legitur *Gratis* , vel *Gratis pos.* Sed nonnulli honore solo contenti , & benigno populi consentiu , qui postulasset , & obrulisset Bigam , impendium remittebant : sua ipsi pecunia opus faciendo . Inde s̄p̄ius occurrit formula *Honore accepto impendium remisit* , ijs notarium

rum ductibus H. A. I. R. & præscriptis verbis *Honore contentus impensam remisit*, ut 356. 10. Compar huic S. P. F. hoc est *sua pecunia fecit*. Iup. 421. 1. *Impenditum Biga, &c. remisit*, & 484. 6. *Pro insita modestia sua unius biga honore contentus, alterius sumptus remisit Reip.* Liquet ex hac inscriptione duas quandoque bigas vni fuisse postulatas, aut decretas, & quidem sumptu Reip. sed ob modestiam vna tantum acceperat. *Sicuti pro vna biga, quam ciues postulassent, decreta eius loco statua equestris ab ordine Decurionum, veluti honorem moderantium*, ut 340. 1.

Cæterum deinde lege caurum, ne quis, cuius ad honorem statua petitur, nisi suis impensis collocari permitteat l. vlt. C. de statuis, & imagin. *Et virtutum premia tribui merentibus conuenit, & aliorum honores alijs damnorum occasionem fieri non oportet, &c. nequaquam ex descriptione (contributione, & collatione) sumptus colligi patimur; sed eius, cuius ad honorem petitur, expensis proprijs statuam collocari precipimus.* At in imaginibus, statuise Imperatoris priuaram collationem vetuerunt l. 3. ib. *Priuata collationis iniuria propulsari precipimus: addita consilijs ratione, ne quid in eis suum collator agnoscat: quibus è legum testimonij facile adducor, ut opiner, gratuitum hunc Honorem biga æratem antevertisse Principum, quorum constitutiones adduximus; sunt autem Arcadij, Honorij, &c. atque Antoninorum sæculo, vel circa, hæc Honorum appellations (sicuti de Biselelio diximus) potissimum inoleuisse.*

Quod *Biga Honorem* ultimò attinet, nolim tacuisse, *Biga*, aut vehiculo traduci, summo itidem Honoris, loco, atque excellentiae habitum fuisse. Vnde id ferè editoribus in pompa circensi tributum, ut notum est. Hinc ea cura summe ambita, aut magisterium, vel præfectura certaminis, quam Agonotheræ suscipiebant. Indico tibi pulcherrimam de ea re memoriam in l. 10. D. de pollicit. quam videsis. Hinc etiam mortuorum imagines, & statuæ vehiculo tradutaæ in theatrum ad honorem. V. quæ narrat Dio, aut potius Xiphilin lib. 71. p. 813 de Faustina. Capitolin. in Antōnino Pio cap. 6. deferre Circenses eleganter videntur. Delatis, inquit, Circenibus atq; templo, & flaminitis, & statuis aureis, atq; argenteis. quod puto sic dictum, quomodo deferre hereditatem I. Consultis: an potius ἀλευτρῶς pro, Delatis honoribus circenfum. Sic paulò post, Statuam auream delasam à Senatu positam accepit. Sed & deferre Circenses erit ludos.

Iūdos in memoriam alicuius instituere. Suet. Calig. 15. *Eò amplius matri Circenses, carpentumq; quo in pompa traduceretur, & Cæl. cap. 76. Thensam, & ferculum Circensi pompa, &c.* Omnino namque præstante specimen, publicæque existimationis decus reputabatur, vt possit iure Vehiculi. quo spectat tit. & L vn. de Honoratorum vehiculis. De Carpento mulieribus Romæ concessa honoris causa Liu. Plutarch. alij dixerunt. Præfecto quoque Prætorij carpentum tributum in Honoris insigne, atque ornamentum: quod *Indiciale carpentum* appellarunt. Vopilc. in Aurel. init. *Vehiculo suo, & iudiciale carpento.* Sidon. Apollin. 7. 12. epist. & ibi accuratissimus Sauaro. P. Faber 1. Iemestr 3. pro sella Curuli explicat: quam bene non sat video. Pluscula Gurher. de off. D. A. 2. 16. Consimile quod Isidor. 20. 12. *Carpentum Pompaticum.* Sic *Biga Decurionum* in lapide Vrbinate apud D. Francisci, cuius meminit Pancirol. cap. 6. de Magistr. Municip. Ea fortasse, qua vtebantur Decuriones cum procederent.

Verum Bigam nostram, aut statuam curulem alio prorsus significatu accipiamus licet: pro simulacro, & opere sculptili, aut fusili in alicuius honorem statuto. Nempe acclamantis populi, postulantis multitudinis (vt dicebamus) voce, atque iudicio deferebatur hic honos alicui, statuaque illius currui bigarum imposita publico in loco viuentium, posterorumque oculis figebatur, addito titulo, atque inscriptione. Quanquam & id honorificum, si Numini, aut Principi votæ, ac dedicandæ statuæ religio, ritusq. & cura alicui demandaretur, vtque publico nomine is collocaret. Inunctum hoc officium commendat industriam, & auctoritatem ciuis super cæteros spectati. 444. 5. Grut. *Hic opus quadrigatum effigie Imperatoris Hadriani Aug. circa vlliis postulationem à municipibus suis obtatum, &c.* Atq. in hac Bigarum dedicatione diuisi nummi incolis, ciubus, Decurionibus, omnique genere lenocinij secunda populi existimatio collecta abeo, qui honorem accepisset. 485. 8. Ob *Dedicationem biga Decurionibus singulis — XV. collegis omnibus VIII. plebei, & Honore vñs — XIII. L. D D D.* Denarij fuerunt hic diuisi, vt ostendit nota X locumq. statuenda Bigæ Decuriones decreuerunt, quod ultimæ literæ arguunt.

Sed cum his curribus videbor fortasse nonnullis ex quadrigario defuctor factus; qui à Bisellio parumper diuenterim, quod me vocat

bat in currentis occasionis illecebra. Sciunt tamen istarum literarum diligentes, quomodo vnum ex alio amica serie necatur, atque hoc proorsus ἔχεισθαι μόνον quanta quanta sunt philologica scripta, commententur, & constent.

Bigam igitur (quomodo superius explicauimus) curulem s. statuam in argumentum honoris, & memoriam posteritatis alicui decretam, aut positam, alio nomine placuisse Bisellium appellare, haud penitus repugnamus; atque adeò Honorem Biselli ex ijs, quæ de Biga protulimus leprima, atq. ultima nostra conjectura illustrari. Scimus namque δίφορον sellam esse, vbi duo sedeant παρὰ τῷ δύο φέρεται Suidæ, Eustathio, alijs, ac Iup. diximus cap. 9. quomodo & Bisellium ex Varrone, quod duorum sedentium est capax. At δίφορος pariter est currus, qui aliter διοχής, Pausanias, Polluci, atque alijs, παρὰ τῷ δύο ἵξεις, quod duc s capiat. δίφορος δὲ διοχής οὐ δύο φέρεται διωδύτερος. Poll. 7. 26. quod vertunt δίφορος, Biga que duos recipere potest. Sic δίδοφος, quod est Bisellium exponitur doctissimo Aemilio Porto apud Suidam, Idem ac δίφορος. Bisellium. Sella duos recipiens, que δίδοφος vocatur. Neque mirum, si eo seculo nouè quid audere consueverint, Bisellium pro Biga enunciantes; præterim vbi tum rei, tum nominis iuuabat affinitas, ac similitudo. Sed inter se Inscriptionum collatio, lapidumque compositum examen, probabilioriem puto, dabit ultimæ huic nostræ conjecturæ auctoritatem. Vtrobique namque tam in ijs, quæ sunt de Biga, quam de Bisellio inscriptionibus, eadem appetet tradendi honoris occasio; eadem accipientis præstantia, aut meritum; idem populi consentius, aut Ordinis decretum; idem penè verborum nexus, & formula, titulique, & memoriarum expressio, ne dicam proorsus ταυτοίπεια. Componantur quæ Iup. de Honore Bigæ, & quæ de Honore Bisellij. Grut. 475. 3. & 4.



## C A P V T XXXXI.

*Ilerata excusatio de vera interpretatione Honoris Biselliij. Honores onera, & ruina ambitiosorum. Ob Honorem; solenne verbum. Litera M quandoq; pretermissa. Resp. Pisaniorum. τὸ κωνὸν. Il Comune, Commune Sicilie. Communitas Asiae. Pisana columna millaria ad S. Petri in Gradu producitur, expletur, illustratur. Columnarum milliarium usus, & obseruatio. Ciuitas: sepius de Metropoli, aut urbe primaria. πόλις τῶν πόλεων. Mater ciuitatum. Capitalia regionum. Πόλις Alexandria: ἄστυ Athene: Vrbs, Roma. Oppidanum genus. Ciuitates Christianis, que sub Episcopo. απροσδεται: Choropiscopi. Clausula operis. Inuitatio ad σύνοψιν de Veterum Donis.*

**S**atis haec tenus, ut lucernulam præferamus Bisellio: saltem pri-  
mi paupertinum lychnum huic obelisco intulimus, ut mox ve-  
niant sagaciores antiquitarum Promethei, qui plenam facem,  
ac super omnes Hyperionis radios luculentam è sanctiori eruditio-  
nis penu de promant, ad viuificandos lapidum stupores, & saxonum ani-  
mandum frigus; quorum in intellectu etiam iij Gorgonem saepe vi-  
dent, qui stupere alioquin nihil solent in literis. Aequo interim  
animo accipiet, bonique consulet coniecturas nostras quisquis in re  
ignota, atque haec tenus à nemine (quod sciam) tentata vadum mon-  
strarre, aut viam pedibus facere, nec securi moliminis, nec obuiæ  
ένσοχιας esse meminerit.

Sed ubi hæc qualicunque coniecturæ periculo de *Honore Biselliij*  
executus sum, pro Colophone apponam, non tam retulsum mihi esse  
pectus, quin præsentiam, quod ex contrario ullus facile possit con-  
tendere. Quis, inquit, spondere audeat in hoc Pisano marmore  
Quadratarij manum non errasse; & quod alibi toties, hic pariter  
γραφικὸν σφίλμα tot nobis tenebras non offudisse? Imò namque  
pro Biselli scribi oportuisse Bisilli: quod & altera inscriptione factum,  
quæ proinde nihil mutanda, aut emendanda. Nempe *Ob Honorem*  
*bis illi, h. e. Q* Largennio, subaudi, decretum, aut gestum Duumui-  
ratus, facta fuit donatio Pisani. Non dissimulo vires, atq. ictum,  
quem vltro prouocaui, atque excepti. nec studio Bisellij, ac præiu-  
dicata

dicata de eo à me opinione ita vadatum me sentio, quin alterius quoque sententiae remoram, atque offendiculum bona fide cognoscam. Si quid tamen valent quae superius attulimus nostro hoc commentario; atque ea attento animo non defugiamus introspicere; facile has nubes dispellemus, integrum, ac lucidissimam scriptionem nostro lapidi merito vindicantes. Quod si temerè hunc moueamus, Biselli substituentes, quot illinc abscona consequantur nemo non viderit: quae nunc refellere haud tanti res est.

Arque hic *Honor Biselli*, quicunque tandem ille fuerit (quod statuere noluimus, tentare modò, & coniucere libuit) haud paruo aestimatus fuit à Q. Largennio Chresimo; qui acceptæ id genus honestatis, aut ornamenti causa non contemnendam pecunia summam Reip. Pisanae donauit, ut in saxo tandem legitur.

*H's L N Reip. Pisanae. dedit.*

Quod si exputare placet ad hodiernam scutatorum Romanorum, rationem, duceni, ac quinquageni supra mille conficientur ex recepera, & magis communi Sestertiorum aestimatione; quorum singuli duo ceratia, aut aspes Florentinos æquant, siue binos Romanos Baioccos cum dimidio. Par enim Libra, seu As vetus hodierno baiocco. Quo circa ad memoris, gratique animi laudem pertinet, ut qui publico iudicio honorem aliquem sint assecuti; tum beneficium vietoris monumentis testentur; tum si per vires fortunarum liceat, nonnullam redhostimenti gratiam rependant: vtrumque vero Q. Largennius præstiterit. Huc spectant solennia verba *Ob Honorem*, ut in nostra epigraphæ, ac centies apud Gruterum, & alibi, quoties quid permittitur, legatur, erogatur, diuiditur ob honorem acceptum, aut accipiendum. Sed in nostro lapide scriptum est *Ob Honore* minus litera M. siue cuforis elementarij ignavia; siue, quod apparet, angustia loci non admittente. quomodo autem Veteres hanc literam in carminibus exterebant, aut scribentes lineâ superductâ denotabant; ita nonnunquam omiserunt in lapidibus. Sic *cura agentibus*, *herede non sequitur*, &c. percurre indicem Gruter. aduertit etiam Boldonius in Epigraphicis. Observauit in libris quoque Iuris, tirulo præsertim de Pollicitat. *Honoris* factam mentionem, subindéq. Ob Honorem pollicitationem ingestam, cum quid Reipub. aut ciuitati promittitur eam ob causam. Ac verè illi honores potius onera, ac dispendia; quando in ijs petendis, accipiendis, ineundis, tam immani-

largiendi profundendique studio insani erint ambitiosi homines; vt non raro toris suis euoluti fortunis, patrimonia integra diruerint ad incitas redacti; premium ponentes tam immeritum inani aucupio popularis gloriolæ. Omnino autem ex lege, aut more vix poterant euitare atrocia illa rei domesticæ vulnera, quod superius innui-mus. Sic Aedilibus, Praetoribus, Consulibus iniuncta ea oneris missilium, ludorum, largitionum ad saturandam, oblectandamq. plebeculam. Sed modus deinde impositus fuit, & intemperiei prodigentissimæ adacti fræni: qua de re consulantur veterum legum iussa in libris Iuris; nos exactè obseruauimus in nostro syntagmate de Re Donatica, vbi de missilibus, sportulis, donisque ad Processus, & Honores, & id gen. alijs. Sed enim in lapide nostro Largennius Chresimus *Ob causam*, vt loquuntur I. C. & accepto iam honore donat Reip. Pisaniorum: *Qui pecuniam pro honore promisit*, inquit I. C. l. 16. §. 1. de mun. & honor. In alijs inscriptionibus, quas attulimus de Bisellijs (ex nostra emendatione) honore, aut Biselliarijs, factæ prius apparent largitiones, subitæ expensæ, collatæ pecuniæ, siue ad voluptatem populi, siue ad Reip. vsum: cuius liberalitatis, aut munificencie respectu, dein Bisellijs, aut alias honor ob ea merita, decretus, & acceptus. V. in Gruterian. 475. 3. & 1099. 3.

Vltimo loco (ne quid occasione Bisellijs in nostro lapide negletum remaneat) occurunt verba *Reip. Pisana*. Rempub. pro qua cung. societate ciuili accipimus, quæ legibus, & magistratibus regatur, imperium, ac maiestatem retineat: neque vnius ambitu opidi, sed plures populos, atque vrbes complecti possit. passim *Com. vel Gr. κοινόν. Commune*, & *κοινωνία*; tum in nummis, tum in lapidibus apud Grut. & alios (nobis ipsissima voce *il Comune*, ò *la Comunità*.) Sic Ciceroni haud semel *Commune Siciliae*, & *Commune Miliadum*, hoc est *τὸ κοινόν*, siue *Resp. & l. 6. D. excus. tut. τῷ κοινῷ τῷ Ασίᾳ. Communitali Asia ex epistola Antonini Pij.* Sed de Reip. aut *κοινωνίας* nomine, ac ratione vide, quod maximus philosophorum docuit in opere plane dignissimo, quod auctorem habeat Aristotelem lib. 3. c. 2. Politic. Pisaniorum itaque amplitudinem, ac splendorem demonstrat eo *Reip. nomine*. Sed quæ hic *Respub. aliter Civitas*. promiscue usurpantur, vt sèpè apud I. C. in titulo præsertim Digest. de Pollicitationibus, & in faxeis tabulis pronum est intueri. Et quidem in altera epigraphe *Civitatis* appellatione gaudet Pisana *Resp.*

Resp. in columna s. milliaria, quam proferre libens meritò debeo,  
atque è tenebris educere inobliutam penitus, ac neglectam. per-  
prurisit enim iam nobis hic genius benè merendi de Pisani lapidi-  
bus. Etiam igitur hunc bona fide euulgemus, literasque longo at-  
tritu penè consumptas, senioque fugacissimas reuocemus. Ac pro-  
fectò, nisi scierit scalprum illic ductasse lineas, imprudens, atque  
ociosus quisque præteriret: adeò illas tempus abrasit, quod sua nihil  
non delet, ac truncat nouacula. Sed vel indignum loci situm sensit  
ea columna alioquin non veruissima; vel austrini flatus excepit in-  
iuriam, qui licenter excurrens, perniciale vim desert, qua obuias  
ædes, æra, mænia subtili sensim lambit nocumento. Extrat autem  
hæc columna humi depacta in porticu D. Petri in Gradu, qua Pisani  
respicit. Puto autem fuisse illic destitutam in aditu porticus pro of-  
fendiculo, aut repagulo, ne iumenta progredierentur. Cæterùm  
deinceps in usum religionis verterunt mulieres cultui addictæ, quæ  
per dies solennium expiationum illud templum antiquissima ve-  
neratione prorsus celebre inuisentes, manum inserunt columnæ, qua  
superiùs hiat in morem sulci: nescio qua persuasione diuinæ pacis,  
si eo manuum embolismo defungantur. Ac forte dum illic certatim  
circumuoluuntur, frictione assida paulatim literas deterserunt:  
quæ repetito multoties oculorum circumiectu à me tandem ex-  
pressæ sic habent.

*Imp. Cæs. D. NERO (Fl. Valenti)*

*Pio Felici semp. Aug.*

*Imp. Cæs. D. N. Fl. Gratiano*

*Pio Fel. semp. Aug.*

*Divi Valentianii Aug. Filio.*

*Imp. Cæs. Fl. Valentianiano*

*Pio Felici semper Aug.*

*Divi Valentianii Aug. Filio*

*Civit. Pisana*

*M P IIII.*

Prima linea omnino explenda est, apponendumque nomen Fl.  
Valentis ( ut fecimus ) quod penitus abierat nullo apparente vesti-  
gio, ac necesse tamen est ibi non defuisse. Hi tres imperij Romani  
gubernaculo vna assederunt Fl. Valens cum Gratiano, & Valen-  
tianio filijs Valentianii primi. Vterque hic nominantur mortuo  
iam

iam parente, quem *Divi* titulo ex more indicant. multæ extant in Cod. Theodos. & Iustinianico trium A A A. constitutiones Valentiniiani, Valentis, & Gratiani, ut & in Inscriptione Gruter. 160. 5. Sed non putem confundendos cum tribus hisce nostris. In ijs namque legibus, & in veteri inscriptione Valentinianus ponitur primo loco, dein Valens, & Gratianus; at in columna nostra Valentinianus ultimo locatur, quoniam hic filius est illius Valentiniani iam defuncti, de quo in Codicibus, & iaxo. Historia lux veritatis rem confirmat: quoniam Valentinianus I. nonnisi socium Gratianum adscivit filiu natu maximum ad habendas imperij. ex duobus alteris filijs, quorum verique nomen paternum Valentinianus, nullum aut vocavit, aut vocare potuit in consortium regiminis. alter quippe trimulus intra fascium consularium stetit cancellos, obijrque viuo parente: alter mortuo demum parente cum Grariano fratre praefedit reip. etiam tum quadrimus A. V. C. MCXXVII. Ante hos fratres Valens Valentiniiani senioris frater, & istorum patruus Communione imperij lactabatur, qui altero post mente, quam Valentinianus frater summæ rerum adesselet, consortium iniit regnandi: atque hi tres tunc numerabantur, quos in Codice legimus. Distinguendus pariter est hic Valentinianus regnans, de quo columna nostra, ab altero Valentino fratre, qui fato præceptus (ut diximus) ad imperium peruenire non potuit: & passim tamen ex duobus Valentiniis perperam, & confusè fit unus. Sed primus hunc errorem discussit doctiss. Valles. ad Ammiani lib. 31. pag 412. & 433. post eum Christoph. Adam. Rup. ad Synops. Besoldi pag. 450. vir terissimi iudicij in rebus gestis, earumq. temporibus adnotandis. In columna itaque hac Pisana Valentinianus Valentiniani filius erit ille, quæ secundæ cunæ exceperunt; qui partim cum Valente, & Gratiano (ut hic exprimitur) imperium tenuit, partim deinceps cum Theodosio, & Arcadio; Arbogasti tandem perfidia occisus apud Viennam A. V. C. MCXLIV.

De hac columna, quin fuerit milliaria, nemo dissentiet; quod notæ indicant in fine M P IIII hoc est Millia passuum quatuor. alias sola M denotare solet milliare. et quidem ab eo loco, vbi etiam hodie reperitur ad urbem Pisam milliaria quatuor interponuntur. Fortasse olim locatum columnare hoc saxum in via publica, quæ Liburnum (olim Hercules Labronis) ducit: translatum dein fuit in fanum, seu porticum D. Petri. Fermè autem hæ columnæ, aut cippi, vel lapi-

lapi des monere solebant viatorem, ex quo ad quem locum, quantum spatij, aut quorū excurrant millaria. V. apud Gruter. 155. 2. vbi columnæ milliariz mentio. & 150. 6. vbi posita millaria, & 153. vbi milliares lapides restituti. Plura columnarum id genus exempla ab ea pag. 153. usque ad 159. in quibus, ut in nostra, nomen dumtaxat Principum inscriptum; quandoque additus milliarium numerus. Sidon. propemptic.

*Cuius per spatiū satis vetustis*

*Nomen Cæsareum viret columnis.*

Ad hunc locum Sirmondus, qui duas profert columnas. Ac de ponendis milliaribus, eorumque lapidum, ac terminorum figura apud veteres multa præclarè doctiss. V. Velser. in rebus Augustan. cui adde Reinesium var. leſt. lib. 3. cap. 16. pag. 610. Theod. Pulmann. ad Suetonij Othon. cap. 6. Turneb. aduersi. 5. 1. De millari aureo notiora multò sunt, quæ ab eruditis traduntur. Cæterum quod hic *Ciuit. Pisana* legitur, fortasse quis exponat pro ipso loco, siue vrbe, quæ inde distet, vbi posita columnna passuum et illibüs quatuor  $\overline{P} \cdot M. IIII.$  Non ignoro Latinis *Vrbem* propriè de ædificijs, ac muris dici; de hominum multitudine, & congregatiōne *Ciuitatem*, rarò hanc de loco: aliter ac Græcis  $\pi\acute{o}\lambda\acute{u}s$  tum de indigenis, tum de loco. At satius est *Ciuit. Pisana* de ipsis ciuibus exponere, qui inscribunt, aut dedicant columnam. Honorificum sane *Ciuitatis* nomen, haud secus ac in altero lapide de Honore Bisellijs *Respub.* vocatur. quandoque enim sola Ciuitatis appellatione mater ipsa, aut Metropolis significata alicuius Provinciæ, sub qua alia vrbes legem acciperent:  $\pi\acute{o}\lambda\acute{u}s \tau\acute{a}r \pi\acute{o}\lambda\acute{u}s$  Græci, hoc est *civitas ciuitatum*, Ezechieli cap. 16. vbi vertit D. Hieronym. *mater ciuitatum*. Livio lib. 55. *capita regionum*. Diuidebant namque Ciuitates in Minores, Maiores, & Maximas, de qua divisione Modestinus I. C. in l. 6. D. de excusat. tur. ex epist. Antonini Pij. Ciuitatis quidem titulus siue  $\pi\acute{o}\lambda\acute{u}s$  quadam exoche olim tributus Alexandriæ; sicuti  $\alpha\acute{s}u\acute{u}s$  Athenis; grandi, ac solitario *Vrbis* nomine Roma expressa. Etsi pro quacunq. Metropoli, aut ciuitate primaria ipsum nomen *Vrbis* extra Roman quoque accipere possis apud I. C. in l. 4. D. de damno inf. Et ipsi namque tum ethnici, tum alijs scriptores signanter, &  $\kappa\acute{u}pi\acute{u}s$  nomen fecere *Ciuitatis* magnis, & amplis ædium, ciuiumque communionibus: pagos, villas, burgos, vicos, oppida, castella, ab ijs discernentes. Plin. 37. 10. *Cepionides in Aeolidis Atarne*

*nunc*

nunc pago, olim oppido nascuntur. in l. 3. C. Thed. de dōnat. *Ciuitates, municipia, vicos, castella, &c.* & l. 13. eod. Cod. de Desertoribus. *Vrbium, vicorum, castellorum, &c.* Saluianus 5. de gubern. Dei, non modò vrbes, sed etiam municipia, atque vici, &c. V. quæ sup. cap. 6. de municipiorum contemptu. Isidor. 15. 2. *Vici, & castella, & pagi* q̄ sunt, qui nulla dignitate ciuitatis ornantur, sed vulgari hominum conuentu incoluntur, & prop̄ter paruitatem sui maioribus ciuitatibus attribuuntur. V. plura eo cap. Tacito 6. annal. *oppidanum genus*, quod nos *Castellano*, & Iuuenali *Municipalis eques*; eleuandi formâ, quasi inferioris ordinis, atque existimationis: *Oppidano quoddam, & incondito dicendi genere*, Cic. Bruto. V. quæ sup. de Municipijs cap. 5. & 6. sic etiam *Castra*, vnde *Castella*, à colonijs, ac ciuitatibus distincta. Idem Tacit. 1. hist. *Nec principes modò Coloniârum, & castrorum, &c.* At *Ciuitates, & Vrbes* an plitudine, ac potestate maiores: notavitque doctiss. Pighius in Hercule Prodicio pag. 40. et si nimium parcus, atq. iejunus testimoniorum, atque auctoritatum, quas in eo quantidis precij libro interdum desiderarem. Veruntamen Christianismi inuento factum, vt ciuitates ex sint nobis, quæ Antistitem habent. V. distinct. 8o. cap. 1. & seqq. & quidem eo primo cap. ex ipsa gentilium obseruatione de vrbium dignitate statuit Lucius Pontifex. Quare cautum Concilio Sardicensi, auctore Osio Cordubensi episcopo ne humilia, & obscura loca episcopali sede ornarentur; quod cap. 5. ea distinctione exprimitur, non debere in viciis, & villis episcopos ordinari. ea s. honesti ratione ne vilescaer nomen episcopi, vt cap. 3. scribitur, quæ sunt desumpta ex epistolis Anacleti, & Leonis Pontificum. In viciis enim, aut pagis eos præfuisse scimus, quos Choropiscopos dixerunt, & προδικτας. *Visiratores, id est qui circumueant* cap. 5. ea distinctione 8o. vocantur. Etsi quandoque in viciis constitutos fuisse episcopos apparet ex concilio Laodicensi Can. 57. dum verat ne εν ταῖς κωμασ, οὐχὶ εν ταῖς χωραῖς, in viciis & in pagis constituantur: argumento ibi fuisse quandoque. iterumque iuber eos episcopos Vicorum nihil facere δευ γράμμα τῷ Επισκόπῳ τῇ εἰ τῇ πόλει, sine consensu episcopi Ciuitatis. non pè solo Ciuitatis nomine dignissimam, & amplissimam intellige, siue metropolim. V. Berter. Pith. diatrib. 1. cap. 6. Quæ omnia huc spectant, vt datum id Pisane Vrbi, aut populo nomen illustrius reddamus. Atque id interim inobseruatum nolo, in his aut Ciuitatum, aut inferiorum locorum gradibus significandis (quæ vel obscuriores, vel

vel clariores, dignitatem, potestateque perinde obtinebant) haud multum inter se abisse gentiles, & Christianos scriptores: aut inter Christianos demum ipsos Remp. ab ecclesia, & ciuilem rationem à sacra politia non admodum discrepasse.

Sed Criticæ disceprationis (vt fermè contingit) aliud ex alio trahentis lubido à basi ad columnam, à Bisellijs ad Milliaris inspectionem huc nos prouexit. Cippus ille Mortualis Q. Largennij manibus dictatus de vitæ termino, fatique hora admonet: Millaria hæc columna à ciuibus Pisaniis erecta, emensum viæ spatium, locique fines determinat. Nos igitur quoque cum hisce terminis pedem fistamus; modum, ac mensuram suscepimus commentario imponentes; ne pro ductiori itinere, eoque aut in aœno, aut salebroso beneuolos lectors fatigemus. quibus tamen superest nonnihil adhuc molestiæ per ferendæ, viæque abioluendæ: quam per exculum conficiant, & permetto, & suadeo. nisi tamen cursum suadere, aut iniungere de longæ jam tractationis curriculo fessis, inurbanum, & inlaudabile censeatur.

Quando igitur nostrum de Veterum Donis syntagma in cauſa fuit cur Pisaniam epigraphen de pecunia à Largennio Chresimo donata, Ob Honorem Biselli attenderemus; peracta nunc illius interpretatio ne, coronidem veluti imponamus eidem lapidi; Synopsis s. aut periocham eorum quæ in Dorologia pertractamus. vt quæ fuit origo, & caput indagandi Bisellijs, eadem clausula sit, & vmbilicus. Non in uitri autem ordine ad facilitatem elementario præmittimus subiectum indiculum, vel predromum, aut meratorem. vt, si quem non piceat rimari in antecessum, quin eriam de quopiam admonere (quod ingenuè concupiscimus) & eruditam conferre symbolam, liceat.



Geminis contextum partibus vniuersum Opus Dorologicum ita disponimus, ut prima sit Isagogica, quæ lectorem in quodam quasi vestibulo silit ad Rem Donaticam Veterum infinitè, ac prænoscendam. Suis autem nexam capitibus ita præmolimur.

### C A P V T P R I M V M.

*Critices, ac philologie studium. Operantum illi non una laus: diuersi labores, ac consilia. Vindicia pro Syntagma Dorologico, quod nemo aggressus est. Antiquitatum cura facili palato valde accommodata.*

### C A P V T II.

*Partitio totius operis bimembris. Preludium primò, atq; innitamentum, ad Rem Veterum Donaticam in vniuersum: dein propriè ad singula genera donorum explicanda transitus. Fermè ausēm hic ordo seruatus: ut occasio, ac tempus donandi, ritus quoq; atq; institutum expendatur: qui dederint, qui acceperint: quæ solennia, ac memorata magis in donationem venerint, adnotatum sit.*

### C A P V T III.

*Doni definitio subtiliter examinata per nominis notionem, vocisq; virtutem.*

### C A P V T IV.

*Per rei naturam, ac constitutionem eadem agitata.*

### C A P V T V.

*Miscella donorum nomenclatio exactè, ac sollicitè apposita.*

C A-

## C A P V T . VI.

*Divisio donorum; hinc in Divina, illinc in humana. Vtrumq; vel publica, vel privata. Eademque, vel ἡρῷα, vel χρήματα Aristotelis; vel quomodo Cic. Ex arca, & Ex virtute.*

## C A P V T . VII.

*Origo, antiquitas, institutio donorum, praesertim apud Rom. Que in eis formula, qui ritus.*

## C A P V T . VIII.

*Praxis, atque usus donandi. Quid in eo laudabile, quid culpa dignum.*

## C A P V T . IX.

*De accipientibus, recusandisque donis.*

## C A P V T . X.

*De remunerandi, reddendique officio.*

## C A P V T . XI.

*Donare, lucrum.*

## C A P V T . XII.

*Idem iactura.*

## C A P V T . XIII.

*Quibus donandum, aut secus.*

## C A P V T . XIV.

*Quid donandum, quid non.*

## C A P V T . XV.

*Leges numerales.*

**Sequitur altera pars οἰάδων, ac penetralis; cuius pē-  
riochara ordine elementario digestam in  
hunc modum præcerpimus.**

**A**

**Adorea.** Donum militare. *V. Militaria dona.*

**Aduentitium.** Honorarium. quicquid aduenienti, transiunti amico,  
hospiti traditur, apparatur. Γέρας. Προσβήτης. Cellarium. Copię.  
Rinfreschi. Aut quod honoris gratia digniori, aut seniori datur. *V.*  
*Introitus, Lauria, Via:icum, Xenium.*

**Agraria** Donatio. Agri aliignati. Viritanus ager. Iugera. Subse-  
cua. Beneficia. Κληροχία γαιωδασία. *V. Militaria Dona.*

**Alimenti** Donatio. Σίτησις. Σίτισμὸς. Σιτοδοσία. & simpliciter  
δωρεά. Diarium. Demensum. Chœnix. La parte Mūris. An-  
nonæ. Commoda. Cellaria. Pueri, puellæque alimentariæ. *V.*  
*Frumentatio.*

**Ambitus.** Suffragia. Largitiones, Nummi pronunciati. Δωροδοκία.  
φιλοτιμία. *V. Pollicitatio, Reputanda, Sordes.*

**Apophorera.** Αποφόρητα. qua diebus praesertim Saturnalibus inter  
epulas donantur. Piatti coperti. *V. Saturnalitia.* Item qua remune-  
rantur, aut remittuntur. Αυτίδωρα, ἀντίδοτα. *V. Epulum.*

**Auctoramentum.** Quod militi, sed proprio gladiatori ad momen dat-  
dum. Imprestanza.

**Aurei annuli** Donatio. *V. Militaria Dona.*

**Aurum Coronarium.** quod Principi in Enthronismo, aut corona acci-  
pienda. Quicquid confertur in auspicijs imperij. Χρυσίοι εἰς τὰς σε-  
φάνες. εὐφανικὸν τέλεσμα. Collatiuum. Releuium. Epicombia.  
*V. Introitus. V. Corona. V. Isagdgicum.*

**B**

**Beneficia.** Annua sipes, & vacationes. Beneficiarij. *V. Milis. Dom.*  
*Agrar. Don. Immunitas.*

**Ch-**

## C

- Charistia.** Χαρισ्मάτων. χαρίσιον : quod in gratiarum actione, & vicissim  
tudine officij. Εὐεργετικόν. αὐτοδοσίς. αὐτευεργέτημα. **V. Donaria.**  
**Civitatis Donatio.** qua ἀπλᾶς δῶρα. **V. aurei annuli Donatio.**  
**Coenæ Coniuia.** Quicquid ex occasione effertur, erogatur, missatur.  
**Misilia.** Coena Viaticæ. Coena aduentitia. Coena aduentoria,  
Coena aditialis. **V. Epulum.**  
**Collatio.** Collatum. Collecta. **V. Eranus.**  
**Congiarium.** Δόσις, ἴπιδοσίς : quod populo, & nonnisi Ciuiibus Romi;  
Principalis liberalitas. Vini, olei, musti largitio. Heminarium.  
**Corollarium.** Auctarium. quod ultra legitimam mercedem, aut præ-  
mium. επινομή Stillarium. Mantissa. Giunta. Vantaggio. Ad-  
ditamentum. Appendix. ἴπιμετρον.  
**Coronæ Donaticæ in uniuersum.** ob victorias, triumphos, letitias. item  
ob præstantiam, & honoris causa. **Coronæ Prouinciales.** **V. Coro-**  
**narium aurum.** **V. Palmarium.**

## D

- Deditio.** Dedita.  
**Divisio.** Dianome. Διαροή: ad auncipandam popularitatem; aut quod  
letitia significazione diuiditur.  
**Donaria.** quicquid Dijs, in eorumq; cultum confertur per occasionem sa-  
crificiorum, ludorum, dedicationum, &c. Αναθημata. **Donatiua.**  
**V. Primitia.** **V. Festa Dom.**  
**Donatiuum.** quod milisibus à suo Imperatore. Augustatica. Princi-  
palis liberalitas. Νομί. Λαμπρὰ ἴπιδοσίς. **V. Milit. Don.** **V. Con-**  
**giarium.**  
**Dos.** δῶς. δόσις. Datio. **Donarium.**  
**Parapherna.** Antipherna. **V. Nuptiale Dom.**

## E

- Ecclesiasticum.** Εκκλησιαστικόν. σωματικὸν : peculiare Aibenicasum,  
ut in concionem venirentur, aut pro cœtu, & conuenienti. Inlicum.  
**Elce-**

**E**leemosyna. quod pietatis, & miserationis sensu in pauperes erogatur.  
Stips collatitia. Collecta. Huc refer Agapen primitiui Christianismi. Subsidia. Oblationes. Aiuti di costa. Collationes. Collatina. Commoda. Eulogia. Benedizione. Antidopor. V. Fru-

mentatio.

Epulum. Inuirationes. Lectisternium. Adde premia Costabasianum. Korlaecon. & que cupediuoris, multisbibis, ans ob gule ingenia tribuntur. V. Cæna. V. Commixta.

Equi publici Donatio.

Eranus. Ε' παρος: in usu apud Atticos. collario ad subleuandos egenos, repetenda si in fortunam redicerint.

Euangelium. Ευαγγελιος: ob latum nuncium.

## F

Festa Dona. quicquid per ludos, spectacula, ferias, gratulationes, officia traduceretur. V. Domaria. V. Palmaria. Lauationes. Sparshiones. Suffimenta. Propinationes. Liturgiae. V. Missilia.

Frumentatio. Frumentis, panisue divisio. Largitio frumentaria. Panarium. Panariolum. Panis gradilis. Panis fiscalis. Annonæ ciuicæ. Αρτοι πολιτικοι. χαθαροι αρτοι. Panes palatini. Frumentum honorarium. Buccellatum. V. Alimentum. V. Eleemosyna.

## G

Gladiatorium. Randes.

## H

Heuretrum. Εύπερπορ: quod inuentori, aut inquisitori. V. Indicium. Honor: donum. Honorare: donare.

Honorarium. Honoris causa Principibus, Magistratibus, Legatis, &c. Item Praeceptoribus, Medicis, &c. alijsue artificibus, ob ingenuas, & honestas operas. V. Aduentium. V. Mineral. V. Festa Dona. V. Palmarium.

Im-

## I

Immunitas. Vacatio. Condonatio. Beneficium. *V. Remissio.*

Indicium. Indicina. Mītūrpos : ob rem indicatam, detectam, exploratam. quod Veraculis, oracis, utribus, indicibus, proditoribus, inquisitoribus, nonarumq; voluptasnum architectis. Præmium inuestigatōnis. Iūm ēppleutixō : ob aliquid explicatum, solutum, declaratum. Veratura. *V. Heuretrum.*

Indulgentia. Sacra largitio. Eupryssia. θεῖα δωρά. *V. Remissio.*

Inimicorum dona. δύσδωρα, ἀδωρα, κακόδωρα. Item que in consumeliam, contemptum, fraudem, &c. & que coacti, aut spernentes largimur.

Invitationes. Epularum, & munusculorum genus. Erogationes. *V. Epulum.*

Isagogicum. εἰσαγωγικὸν : pro admissione, vel ingressu ad munus, locum, personam εἰσπλάσιον. εἰσόδιον. Entratura. Introitus. Rudimentum. Releuium. Cœna aditialis. *V. Aduentitium.*

Iujuenalia. Dics deposita barba, sumpteq; virilis. Εφεσία. Inuitationes. *V. Tyrocinium.*

## L

Largitio. Πολυδωρία. διανομή. *V. Ambitus.*

Lautia. Lautia. Localautia. Hospitibus, aut legatis, quos recipimus : At Legatiūm ijs, quos mittimus. Copiae. Annonæ. Salarium. Cellarium. Vnguentarium. *V. Aduentitium.* *V. Viaticum.* *V. Xenium.*

Legatum.

Libertatis datio. Manumissio. Fleutheria. Pileus. Rudes.

Linguarium : quod tum loquendi, summucendi causa muneramus. Α' πυράγχη. Argentangina. Huc renoco, quod landicenis, areatalogis, palponibus, auditoribus, scriptoribus datur.

Dona librorum. *V. Sportula.* *V. Indicina.*

Lucar. Aes theatricum. Theorica pecunia. Σταρπικὸν. διπτήριον : quod histriōbus, ludījs, cantoribus, &c. Locarium. Scenicæ Donationes. Gladiatorium. Theatrum.

Lyn

Lytrum. Λύτρον. πύσιον. Ob redemptionem captivorum, mortuorum  
&c. ἀπων. Ob remissionem paenae, supplicij. Condonatio. V. Re-  
missio.

## M

Mantissa. Επινομίς. Additamentum. Stillarium. Accessio. Mer-  
cedis cumulus. Επιμερος. V. supplementa.

Matronalia. Kal. Marij's apud Rom. inter mulieres, & à mulieribus  
missaria.

Militaria Dona. Donatiua. Adorea. Salaria. Auctoramenta.  
Stipendia. Commoda. Posteriori aeo, Puncta, Solatia. Stella-  
tura. Solidus. Soldo. Refrigeria. Augustatica. Pulueraticum.  
Add Beneficia, Emerita. Roga. Sagus. Adæratio. Pararium  
æs. Calcearium. Clauarium. Congere multiplicem Largitionem.  
haftas, torques, cornicula, annulos, clypeos, armellas; que peculiariter  
data. Mulsum, cibaria, iugera, pecudes. Vinum corarium. equos, ses-  
seras, captiuos, vasa, coronas, uestes, manubias. V. Donarium. V.  
Agri Don.

Minerual. Διδαχτρον. Stipendum. Διδακτιλον. quod magistris,  
educatoribus, &c. Honorarium. Salarium.

Missilia. Sparsilia. Res Missiles. quod iacit in vultus. Kataxio-  
mata. Profusiones. Directiones. Tesseræ. Μελήματα. Ηγ-  
paria. Epicombia. ὑπότια. ἐπικόμβια. Pholles. Miliaregia  
δημαρχία.

## N

Natalitium Donum. Οὐτρò, citròque die natali inter amicos. Γενέθλια.  
Vel quod puerperis adhuc in lecto laborantibus: Cimdia. Vel quod in-  
fantibus die lustrico, qualia annuletæ, bullæ, phylacteria; σφρα-  
γδῖα. Munera Lustrica, aut Nominalia. Οὐραστία. αμφιδρό-  
μια. Dona iunge πολυτικαὶ & que nutritibus, & custodibus dan-  
tur. Nutritia. Θρησίαι. Θρέπται. τροφεῖα.

Nupiale Donum. γαμηλία: quod nupiarum die, aut pompa. Αθοίρ-  
ματα. Θεάριτρα que sponsus sponsæ et bi primum illam videt; οπτή-  
ρια, & ανακαλυπτήρια, quasi ob reuelazam, ac delectam deposito flam-  
meo.

meo. eadem ἵπαλια: at que sponsa, & eius cognati sponso, ἵπαλια  
Cum primò inuicem loquuntur, ac salutant, προσφεγκτία, & dia-  
παρθία. Quod proci, & ambientes, μῆτρα. Καταχύσματα, noz-  
ze, confetti. Huc refer Donationes ante, & proper nuptias. Ed-  
ea φερνή. Pherna. Antipherna. Cultus dotalis. Donora. Arrhe  
proxeneticæ. Morganaticum. Hypobolum. V. Dos. V. Philo-  
sefum.

## O

Oblationes. Oblatiua. V. Eleemosyna. V. Erynnis.

Officia. V. Festa Doma. V. Don. Funer.

## P

Palmarium. Epinicum. Præmium. Δόσις. ἀριστος. ἵπαθλον.  
Ερασινον. ἵπνικον. Niceterium. Corollarium: quod vicitoria,  
præstantia ergo in donum, mercedem, honorem cedit. V. Festa Doma.  
V. Indicina.

Philotesium Donum. φιλοτήσιον: quod amori, amicitie, fæderi, gra-  
zia datur. φιλανθρωπικὸν. Humanitas. Amoreuolezza. Proxe-  
neticum. Conciliatura. Captura. μιδωμα. Data. φιλικὸν.  
Philerum. φιλτρον. V. Charistia. V. Indicina.

Pollicitatio. Oblatio. Largitio. V. Ambitus.

Primitiæ. Præmissa. Præmessa. Primitiuæ. Sacrima. Axrothînia;  
V. Donaria.

Processus. Introitus. V. Tyrocinium. V. Honorarium. V. Iuuenalia.  
V. Isagogicum.

Prodictionis, cædis Donum. Μιθδες δ' ἀδαλας: quod sicarys, inquisi-  
toribus, &c. Taglia. Auditoramentum. V. Indicina.

## R

Remissio. Debiti, tributi, pæne. Condonatio. Abolitio. Χρικο-  
πλα. χριῶν αποκοπὴ. Nouæ tabulæ. σαστίζησι Amnestia. Li-  
beratio. Annus Sabbatharius. Reliquorum indulgentia. Subse-  
cua: V. Indulgentia.

Repetundæ. Catillatio. Peculatus. V. Ambitus. V. Sordes.

Hh

Sa-

## S

- Sacramenta. Libamenta. Aes Curionium. Collesta; Quod Sacerdosibus, vel sacrorum causa. Extrar. Rigaglie. Enthronisticum. Cathedraticum. Eponisior. xadelpatixor. V. Donarium. V. Lucas. V. Eleemosyna.
- Saturnalia. Que viris, & inter viros diebus Saturnalibus. Saturnalia.
- Sigillaria. Sigillaria. Que ferris sigillaribus, & pueris propriis.
- Sportulae. Sectiones. Cognituræ. σπυρίδια: que Clientibus, Salutoribus, Colonibus, Parasitis, Laudatoribus, Officiosis. Item que Iudicibus, Causidicis, Patronis, Apparitoribus, &c. V. Ambitus. V. Sordes. V. Epulone. V. Linguarium.
- Sordes. Δωροδοκα δωροδόχημα. δικαιοδόξ. quo Magistratus, iudices, aut qui quis alij corrumpuntur, inescantur, pernerventur ad malam operam. Corruptela. Gratia. Largitio. Diuissio. Erogatio. δωροζεια. Nummarium tribunal. Iudex κυανογράφ. καλαχρήτης. V. Repetenda. V. Linguarium.
- Sostrum. Σώστρον: quod feruatori, liberatori. επιτίποτα. Item medico. Larpa. larpsia Soteria. pūsior: quod Dīs ob salutem. Λάτρον, quod custodibus, vel latronibus. V. Donaria.
- Statuz. loci. agri Donatio. V. Lucas. V. Agri Dom. V. Funeral. largit.
- Strenze: que novo anno boni omnis, & letitiae causa.
- Suffragia: que ad venaturam suffragi, ac favoris. V. Sordes. V. Ambitus.
- Supplementa. Auctaria. Stillaria. Subsidia. Auxilia. Aiuti. Vantaggi. V. Eleemosyna. V. Mantis. V. Collatio. V. Pollicatio.

## T

- Tributa. Vectigalia. Dario. Dazio. Oblatio. Canon. Pensio. Indictio. Copitatio. De his, quæ accedunt ad donorum rationem.
- Tyrocinium. V. Insenalia. V. Processus.

Va-

## V

Vacatio. Condonatio. V. Immunitas.

Viaticum. Βίζαuxilium. Εὔθεδος. Salarium. Annonæ. Præbitio.

Copia. Præbenda. παροχὴ : quod amicis, magistratibus Legatis, venientibus, abeuntibus. Huc spectat Vasarium, quod inservit Vasibus, supellec̄tili, tabernaculo. Vnguentarium, quod vnguentis, delicys, odoramentis. Salgamum. Tractoria. Locarium ; ἐπιστροφία : quod stabulis, mansionibus, pabulis, condimentis. Alloggi. Quartieri. V. Adventitia. V. Lantia. V. Legatum. V. Xenia.

Victus. Σιτία. σίτησις. δίτησι. σιτισμός. V. Frumentatio. V. Agri Donatio.

Visceratio. Κρεατούλα. κριαδοσία. αὐτόχρια. Carnium distributio. V. Epulum. V. Congiarium. V. Donatum.

## X

Xenia. Hospitalia. Præbita. Præbenda. Ξένια : que hospitibus. Item quicquid munuscolorum amicis missitur; Xeniola. αἴτοσόλματα. αἴποσολαῖ. καιμάλα. Cimelia. V. Adventitia. V. Viaticum.

Congere miscellam præriorum, aut mercedularum, qua nomine τῆς Δωρὶας veniunt; nobis Rigaglie, rilieui, incerti, Vantaggi, Manzie, &c.

Collybus : quod mensulario, aut campfori. Isagogicum. εἰσαγωγὴ : pro importatione, aut ingressu. Κόμιστρο. φέρετρον φορεῖον, quod baiulo, Λάτρον, quod Latronibus, aut custodibus.

Locarium. ob locum.

Μαίωτρο : obstetrici.

Equimentum. quod perorige pro admissura equorum.

Nutritia. Θρέπτρα. Θρεπτύρια : Nutrīci.

Naulum. γαῦλος : pro Traiectu, aut nauigatione. Amnica stipis. Vectura.

Οἰκέρπιον : ob custodiā, & curam domus.

Οδοιτόρπιον : Comiti, aut Duci in itinere.

Præconium : præconi.

244 SYNOP. DE RE DONAT.

Portorium. πόρθμον : ob importatas, aut exportatas merces.

Πόρθμον : in pontium, aut frerorum transitu.

Solarium. ob solum, aut superficiem.

Stips. Stipatoribus propriæ.

*Adde Calcearium, Clauarium, Hordearium, Vasarium, Vnguentarium, de quibus nonnihil supra. pecunia s. in calceos, clavos, hordeum, vasa, &c. militum, legatorum, &c. Sic Cerarium, Chartaticum, Cathedraticum, Synodaticum Mercedata, vel manuscula in Ceram, Chartam, Cathedram Sacerdotum, Principum, &c. Christianis usitate. Inde penitaciones, aut telonea. Ripaticum, Rotaticum, Pulueraticum, Cespitaticum, Siliquaticum, Pontaticum, alia apud glossas, atq; inferioris anni scripores.*



IN-

# INDEX

## RERVM, ET VERBORVM.

### A

<b>Abacus.</b> Banco , e Banche : <i>potius à plancis.</i>	<i>pag. 93</i>
<i>Academici della Crusca, eorumque insigne vocabularium.</i>	<i>159</i>
<b>Accubita.</b> Accubitalia, Accubationes. <i>Accubitationes.</i> <i>142. 151.</i>	
<i>167. Accubita, sine Toralia toris superducta. 167. Αράχλητρα Hippocrati.</i> Anaclinteria.	<i>ib.</i>
<b>Ad Consulum subsellia.</b>	<i>98</i>
<b>Adloquutio.</b>	<i>66</i>
<b>Ad Pluteum.</b> Ad pedes. A pedibus.	<i>158. &amp; seq.</i>
<b>Aedilatus Italus honor, &amp; cur? lux Persio, &amp; I. C. 28. Aedil II Vir,</b>	
III Vir. &c. ib. <b>Aediles; Primates 18. Aedilis Pisanus, ib. Aediles, alijs;</b>	
<i>Magistratus eodem tempore in uno municipio.</i>	<i>19. 20</i>
<b>Aedilis Summus Magistratus in quibusdam Municipijs, aut Colonijs.</b> <i>9.</i>	
<i>Alijs nominibus ea potestas affecta. ibidem. Vnus, plurimae. 16. Summus honor vspian.</i>	<i>17</i>
<b>Aegidius Managius laudans;</b>	<i>177</i>
<b>Alexander VII. Pont. Max.</b>	<i>85</i>
<b>Alueus.</b> Solium. Descensio in balneis.	<i>129</i>
<b>Ambo.</b> Pulpitum. Analogium. Lampium.	<i>88</i>
<b>Amici.</b> De aduocatis, & I. Consulitis. <i>103. Amicabilia Scamna.</i>	<i>104</i>
<b>Anabathra.</b>	<i>108</i>
<b>Anaclinterium.</b> <i>ἀνακλίνειον. ἀνάκλιτον. αὐδήλωσις.</i> Spalliera.	
<i>Reclinatorium. 161. Adclinatorium.</i>	<i>ibid.</i>
<b>Ancones Sellarum.</b> Bracciuoli.	<i>130. 163</i>
<b>Αὐθράκλης.</b> <i>ἀυθράκης. Muliebre scabellum.</i>	<i>154</i>
<b>Angusticlavius.</b>	<i>184</i>
<b>Antinoo Synthrono.</b> <i>Vet. Inscr. Αντινόη συνθρόνη.</i>	<i>69</i>
<i>Antiquissimis, ac philologia lans.</i>	<i>1</i>
<b>Apices Diuini.</b> Apices coelestes. Indulta. <i>Subscriptiones Principum.</i>	
<i>pag.</i>	<i>209</i>
<b>Apfis.</b> Abfis, <i>αψίς.</i> <i>78. Sella sub Apfide,</i>	<i>ib.</i>
	<i>Aqua</i>

Aquæ costiles.	129.						
Aquæ digitus.	205. 207.						
Ius aquæ, ib.							
Aquileges.							
Aquilices.							
Aquarij.							
Aqua dimensio per digitos.	ib.						
Aquam diuidere							
Principi reservatum.	209						
Arcarij	22						
Archaici lefti.	36						
Αρχοντες των ποδληων.	Dnumuiri.	12					
Artisellum in fragmento Petronij Traguriano.	118						
Artophorum.	nobis Gerla quasi gerula.	119					
<i>A</i> sinus Pistorij tribunal cōscendens.	61						
Affidere.	Affidores.	69.					
Affidendi honor.	70						
A subsellijs.	A pedibus.	A manu, &c.	100				
Affurgendi ritus, & sede abscendendi.	64						
Aue Consul.	ib.						
Augustales	213.						
Medius ordo in Municipijs, ib.							
Seuiri Augustales.	214.						
Augustales milites, ludi, &c.	215.						
Augustalitas.	216.						
Augustalis Biselliarius.	217						
Augusteum.	Augustior.	γυστιον.	Forum-Augusti, & Templum Augusti.	24. 25			
Augusteum.	Σελάσιον.						
Aumarium, & Armarium.	75						
Aurei annuli.	Ius plenè examinatum.	184.	& seq.	Non tam pro equestri censu, quam pro Ingenuitate.	185.	Libertinis collatum.	ib.
Auro imbracteare.	Imbratiare.	58					

## B

Balnearum sedes.	128.	
Solia.		
Descensiones.	129	
Bartholomai Corsini Marchionis Viridarium, ac Inscriptiones Vett.	29	
Bartholomaus Chesius I. Interpres eximius.	97	
Barthol Erbellortus V. Cl. Linguarum orientalium peritissimus.	132	
Rasij's accepti qui bene recitassent.	Martialis explicatus.	109. 110
Basterna.	inter gestatoria.	125
Bæþpor Subsellium magis, quam sella.	701	
Bema.	Βῆμα.	
Tribunal.	σ' έμπαι.	
In iure.		
59. & 79.		
Berneggerus Vir Cl. 43. examinatus.	46	
Biclinium.	Bipalium.	
Bifaccium.	Birotrum.	32
Biga.	Bigæ honor: ciuibus bene meritis postulatus.	220. & seqq.
latus sine postulatione.	ant ob-	222
		Biga

<i>Biga adiecta.</i>	<i>Biga gratis posita.</i>	221
<i>Bigam populus postulabat</i> 221. <i>Decrees à Decurionibus</i> 222. <i>Remissâ quan-</i>	<i>doq; impensâ ab eo, qui acciperet, ibid. Due interdum decreta.</i> 223. <i>Bigâ,</i>	
<i>aut curru traduci honorificum.</i> ib. <i>Statua ibi, atq; imagines.</i> 224. <i>Bigæ</i>	<i>honor fortè idem ac Biselliæ.</i>	225
<i>Biselliarius.</i>	<i>Biselliarius: non tam pro artifice biselliorum, quam pro eo,</i>	
<i>qui Biselliæ honorem adeptus est.</i> 191. <i>Biselliarius Augustalis.</i>	191.	
<i>Bisellum.</i>	<i>Sella qua duos capicbat.</i> 31. <i>Varro in ea voce exactè animad-</i>	
<i>versus.</i>	<i>cimelio.</i>	32
<i>Biselliæ forma indagata.</i> 32. <i>Allata icon, aut affine saltim aliquid ex veteri</i>		
<i>cimelio.</i>		34. 35
<i>Biselliij honor nupiam legitus, aut explicatus.</i>		36
<i>Biselliij honor quid?</i> sepiem conjecturis tentatum.		193. 194
<i>Bis illi honor in lapide Suezano.</i> lege Bitelli.		189
<i>Buleuta.</i> Βολευτίς. de Senatore Municipalib: at συγχλητικός de Romano.		
<i>pag.</i>		197

## C

<i>Cani Honorati.</i>	188
<i>Cardinalis Caser Responius cum predicatione nominatus.</i>	90
<i>Carolus Datus amicorum præstantissimus ab humanitate, atq; eruditione,</i>	
<i>laudandus.</i>	86
<i>Carolus Strozza Senator Florentinus antiquitatum studiofissimus.</i>	7
<i>Cassiopeia Mulier Selqualtri.</i>	36
<i>Katælma. Cataclira. Accubita. Triclinaria.</i>	167
<i>Cathedrale. Consuetudo.</i> σιωνίθεα 81. <i>Cathedralicum, ib. Syno-</i>	
<i>daticum 83. Dies Cathedræ. Natalis Cathedræ. ib. Cathedra D. Pe-</i>	
<i>tri Apóstoli Principis magnifice ornata, ac piè translata ab Alex. VII.</i>	
<i>Pont. Max. eiusq; icon ex nummo aureo producta 85. Cathedra velata</i>	
<i>87. Cathedræ primæ.</i>	177
<i>Cathedra Docentium</i> 108. & seqq. <i>Throni ibid. Discendentium, sive audienc-</i>	
<i>tiam</i> 109. <i>Professorum opulentissimi olim comitasa &amp; pendyss. ib. Cathe-</i>	
<i>dræ: de Maliebrisbus</i> 120. <i>Videntium.</i>	824
<i>Cathedralij</i> 111. 121. <i>Cathedralitij. Martialis declaratus</i> 123. <i>Ca-</i>	
<i>thedra de sellis cubicularibus.</i>	134
<i>Christopb. Adam, Rupersus.</i>	138
	Cho-

<b>Chorepiscopi.</b> περιοδιταῖ.	226
<b>Ciceroni allata lux.</b>	52. 181
<b>Clavis quicunq; Romanus in aliqua tribu.</b>	7
<b>Ciuitatis nomen sapius de Primaria, aut Metropoli 234. Ciuitas Ciuitatum πόλις τῶν πόλεων, ib. Ciuitates Christianis, que sub episcopis.</b>	226
<b>pag.</b>	
<b>Κληροκαθέδριον. Lecti sella, vel Lecti—Cathedra, eiusq; descriptio.</b>	142
<b>Κληρούς, κληρονό. Sella Heroum. Seggiola à Bracciouoli.</b>	141. 164
<b>Columna millaria Pisana edita, aequo exposita 229. &amp;c seqq. Columnarum milliarium usus, &amp; obseruatio.</b>	231
<b>Commoda. Comoda publica. Beneficia.</b>	203
<b>Commoda Curiæ, Militiæ, Primipili, &amp;c.</b>	204
<b>Commune. κοινὸν. Commune. Communità.</b>	828
<b>Confiliarij &amp;c. Comites ibid. Comites consistoriani, ib. Cancellarij 70</b>	
<b>Cornua indicium potentia.</b>	182
<b>Consul Aquarum.</b>	179
<b>Corona, &amp; alia donaria super sellis.</b>	182
<b>Χρήσιμος. Chresimus. Seruis, aut libertis inditum nomen.</b>	28
<b>Criticorum audacia in emendandis saxis veteribus.</b>	4. 5
<b>Cur. Kal. Florentinorū in veteri lapide perperam hactenus exscripto.</b>	23
<b>Curiales.</b>	196

## D

<b>D. pro l. Veteribus 31. Diuus fidius, h. e. Divi filius, sive Louis filius, ibid.</b>	
<b>Dædala. De quibus suis operibus ligneis ingeniosè expolitis.</b>	139
<b>Decuriones 196. Proprius Senatus in sua ciuitate, ib. Imago Romani, ib.</b>	
<b>Creari Decurionem, &amp; esse Decurionem non idem.</b>	199
<b>Deferre Circenses.</b>	223
<b>Deplano. Vetus lapis explicatus.</b>	59
<b>Dies Gladiatorum 201. Dies priuatus.</b>	ib.
<b>Dies Sessionum. Rerum actus. Dies Αγορᾶς.</b>	176
<b>Διεδρος. διεδρον. Bisellium, &amp; Repositoryum. Athenæo lux.</b>	32
<b>Διερροφόρος Regis.</b>	54
<b>Δίφρος ωαρὰ τὸ δύο φέρει, quod duos capiat, veluti Bisellium 31. Sella potius, quam lectica 46. 119. διφρος, Sella humilior.</b>	141. 162
<b>Digi-</b>	

<i>Digitus aquæ. ὕδατος δάκτυλος.</i>	207
<i>Duumuiri. Ordinarius Magistratus Colon. &amp; municip. 10, imitatione Consulū Rom. Αρχοντις.</i>	11
<i>Duumuirales. Duumuiralitij et. Duumuiri Consulū quandog; nomine 13. &amp; seqq. abitum à Reinesio, ib. Duumuiris tributi fasces 14. Iurisdictio, non tantum nosio, ib. &amp; seq. Duumuiri Iuridicundo contra Scipionis Gentilis sententiam.</i>	14. 15

## E

<i>E. in I. sep̄ musata in Vet. scriptis.</i>	190
<i>Enthronismus; Enthronisticum. ἐρθρόνιζεν.</i>	81
<i>Ezechiel Spanhemius laudatus.</i>	174

## F

<i>Faldistorium.</i>	33
<i>Famianus Michelinius Mathematicus.</i>	207
<i>Felix Felicius Onomastici auctor.</i>	354
<i>Fertoria Sella. Gestatoria. Portatoria. 124. Fertorium.</i>	ib.
<i>Fictor Pontificum.</i>	11
<i>Florentini, non Fluentini. 23. Florentini in tribu scapta. 8. Tribulem habebant Octavianum August.</i>	ib.
<i>Formæ. Formæ aquarum. Comitiua formarum.</i>	208
<i>Franciscus Cottifredus veterum elegantiarum diligentissimus.</i>	39
<i>Franciscus Maria Cessinius eques eruditus.</i>	24
<i>Reverendiss. Franciscus Niccolinius cum laude memoratus.</i>	114
<i>Fulcræ lectorum.</i>	157
<i>Fulvius Basserius antiquarius.</i>	35

## G

<i>Gal. Galeria, nemp̄ Tribu. s. o. qualis ea fuerit? 7. Pisani in illam transcripti.</i>	8
<i>Gestamen. Gestatorium.</i>	126
<i>Gestatoria Sella.</i>	125. & seq.

II

Gō-

<i>Gosfredi (Iacobi) doctissimus commentarius ad Cod. Theodos.</i>	15
<i>Gratuitus honor. Gratuitys Decurionatus.</i>	210. 215
<i>Ius sacerdotum. Forum cupedinarium. Gusta.</i>	24. 25.

## H

<i>Haberē fasces.</i>	98
<i>H. A. I. R. Honore Accepto Impensam Remisit.</i>	223
<i>Henrici Valesij polstissima eruditio.</i>	86
<i>Hexaphoros.</i>	120
<i>Hexedra 111. Hemicyclium, ib. Hexedra connivantiam, meridianam, disputantium.</i>	112. & seqq.
<i>Hexedria 113. Hexedra Christianorum.</i>	114
<i>Honor 179. Honorati: qui in Magistratu, ibid. &amp; 180. &amp; 214. Caput honoratum, equi honorati.</i>	180
<i>Honor consularis, Triumphalis, &amp;c. Honor Laticlauj.</i>	176
<i>Honoraria dedicatio. Honorarij ludi. 180. 181. Honorarius Consul, Praefectus, ibidem. Honorarij tituli, dignitates.</i>	ibid.
<i>Honor. Ornamentum. Existimatio 181. Malus honor. 182. Honore vni.</i>	
<i>Pag.</i>	214

## I

<i>Iacobus Cuiacius aduersus Langlaum defensus.</i>	81
<i>Ianus Langlaus confultiissimi iudicij Vir.</i>	47
<i>Imperatorū, vel comitas, vel fastus in Sedendo, aut Assurgendo. 64. &amp; seq.</i>	
<i>Impilia. Imparia.</i>	154
<i>Indulgentia. 202. Indulgentia Augusti.</i>	ib.
<i>Inhonorati.</i>	181. & seq.
<i>Insellare.</i>	134
<i>Insignia 175. Insignia Imperantium, Magistratum, &amp;c. σύμβολα τῶν αρχόντων.</i>	ibid.
<i>Iteratus νισόδιον. νισπλύσιον. Entratura.</i>	203.
<i>Ioannes Bapt. Donius.</i>	160
<i>Ioannes Papissa fabula.</i>	91
<i>Iteratio honoris.</i>	194
	<i>Iudicium</i>

Iudices Pedanei. *χαμαδηται.*

Iudiciale carpentum.

Inuenitis noue expositus <sup>205</sup>. Inuenitis Scholios & illustratis, ac declaratus.  
pag. <sup>224</sup> <sup>123</sup>

## L

Largennius à largo anno.	5
Latus clavus. Laticlavius. Honor Laticlavij.	191
Laurentius Panciaticus.	144
Leeti ad sedendum, & orandum.	145
Lecticarij.	120
Lecticæ consulares.	46
Leftisternium. Leftisterniator.	170
Lenarum, & circulatricum sellæ.	124
Sereniss. Leopoldi ab Etr. heroicæ virtutes.	39
Illuſtriss. Leo Allatius Vir exquisita doctrina.	72. 79
Leonardus Augustinus.	52
Lingonica, aut Leuconica lana.	148
Litigantes, & aduocati stantes, non sedentes.	103
Longa Cathedra. Longa Scamna. Longa Subsellia.	95. 96
Lucas de Albizis Marchio.	150
Ludonico Aurelian. impacta censura.	44
Ludouicus Cerdà ad crism vocatus.	46

## M

M. litera quandoque extrita in Vett. Inscri.	227
Magistratus. γριχος pro Duumuiris.	12
Magistri Municipij, alij à Dunnouiris contra Bulengeri opinionem.	20.
Magistri. Magisteria.	ibid.
Mamerini panegyrico lux.	46
Marmor Pisanum, ac mentio Honoris Bisellij. 3. Arula, aut basis specie, ib.	
Matrices aquarum. Vbera. μασδι.	208
Marchias Martinus castigatus.	90
Mensa pro quoquis ligno plano. 255. Subditapedibus.	ib.

Mensura aquarum varia.	ibid. & seq.
Minuscularij aqueductus. Paragogia.	ib.
Misericordia rebus sedes relicta honestior, humiq; aut alibi vilior secessa.	99
pag.	
Munerum editio in auspicijs honorum.	302
Municipales quandoq; ad consenatum. Castellani 19. Municipales Magistratus, eorumque ambitio, ibid. Episcopi quandoq; dicti.	20

## N

Natorum honor. Statius expensis aduersus Salmasium.	186
Nouemfides, quae Nouemfides.	31.68

## O

Ob Honorem solenne verbum.	227
Octavius Falconerius summo ingenio, atque eruditione.	114
Octavius Ferrarius cum laudatione nuncupatus.	183
Onesimus ὄντος Sernorum, aut Libertorum nomina.	29
Oppidanum genus. Castellano. Municipale.	232
Optimum. Vti Opt. Max. Optima lege. Fundus, vti opt. max.	210
Ordinatio. Paulus I. Consulius observatus.	214
Ornamenta. Ornamenta digniratis. Ornamenta consularia, Praetoria, &c.	176
Ornamenta Decurionalia.	212

## P

Pάνκαρπος. Pancarpus. bona scena libertis, aut serais nomen:	29
Πάριδρος. παύθρος. παύαδροι. Afflores. Confessores.	68
Πασάς. Hexedra. Porticus.	112
Pedule. Corn. Fronto emucleatus. 154. Pedulla. Pedana.	ib.
Pelles injecta sedibus. 168. noua nupta in pelle lanata sedens, ib. Item tapetes, Vestis lancea, clavi, aliaq; ornamenta.	169. & seq.
Perfarum ύποπόδιον Κασιλικόν. Hypopodium Regium. 156. προσ- τιφδλαῖον Κασιλικόν, Ceruical Regium.	ibid.
Per-	

Persarum Regum sella in summo honore habita. 53. & seqq. Eorum doppo-	
φόρος.	54
Petronij fragmentum Tragurianum, ac de eo critiss. 119. explicatum, ibid.	
Petri Poffini S. D. laus.	72. 79
P. Fabri reiecta coniectura.	46
Philosophi sedentes. 113. & seq. prompta icones.	ibid.
Πίσα, & Πίσα.	27
Pitas patricio casu. Gr. more. 27. sic Vias, Persas, &c.	ib.
Pisana Respub. Pisana Ciuitas.	228
Pisana tabula marmorea quātuis presū de Parentalibus Caij, & Lucy Aug.	
Nepotum. 11. 21. 24. Pisani sepulcreti magnificentia.	27
Pisani Coloni Iulienses. 23. in Augustum obsequentes.	25
Pisa Colonia, & municipium. 23. Colonia Iulia.	ibid.
Pisarum claritudo, & antiquitas.	2. 228
Pisis exedra disputantium professorum, ac retenti moris singularare experimen-	
tum.	112
Piscium venditoribus sedere veritum.	124
Pistorium in Etr. IIIIViri regebant.	11
Plancæ. panche, e banche.	93
Plutei lectorum.	361
Podagrīa sella apud Veteres queritur.	133
Podius. 76. Ad Podium. Appoggiare.	ibid.
Pollux restitus, atq; explicatus. 142. eidem redditæ vera interpretatio.	
pag.	117
Potestas pro Magistratu. 10. Podestà Ital. Podesteria Moratas.	no-
rris d' roç.	ibid.
Præfetti Duumuiri. 11. Præfetti Iuridicundo.	ibid.
Præfetus Aerario Pisanus. 22. Præfetus Pisis Linio alius.	25
Præfetus erarj militaris.	26
Præsidere προδρία.	42. 63
Præsidere. Præsidatus. προδρία. πρωτοχθεδρία.	177
Præsidebant Impp.	ibid.
P. R. II. Præfetti Duumuiri, magis quam Praetores Duumuiri notari.	9
Prætor quandoque pro Duumuiro spartnyos.	ibid.
Prætoria subsellia. 97. Praetores quomodo in subsellis, non in Curulis?	
plene examineunt.	ibid. & seqq.
	Pre-

Predelle. carum etymot. nono sensu apud Danhem Poetam: ollus Scholastes notatus.	159
Princeps noniuscum sede vulgaris aut in fabellis apud Senatum.	101
Principum custodia, innocentia. 76. iuniores cum minus iuti.	ibid.
Principales. Principalitas. Protostasia. Prototypia. Curiae Principij Curiarum. Principes Decurionum. Primates. 197. Proceres.	ibid.
Priores. Priores sodalitum. Principes Coloniae.	198
Proedria, sive dignior sessio quibus data. 178. & seq. In spectaculis, in coniunctionibus, ib. Virtus de publico coniunctus.	ibid.
Procedra.	113
Processus. Processiones. Obspem Processus.	211
Proseada. Prostibula.	121
Pro Tribunali. Pro Rostris.	59
Pueri, feminæ, ferni sedentes vescebantur.	158
Puluinus. Puluillus. Puluinar. πύλεινος. πυλεῖναρ. 146. Putinorum tomenta. 147. & seq. Puluillus honoris causa sedentibus suppeditus. 149. 151. 152. Pelles pro puluino.	ibid.
Puluinus equestris. 151. Puluinus quo tempore subditus Senatoribus, ibid.	152
Puteal. 67. Puteal Libonis, ibid. propriè putes operimentum, ib. Item Tribunal, vel arca. 68. Phreatium.	ibid.

## Q

Quæstor ad Aerarium. Quæstor ab Aerario.	22
Quadratum. pars sedis, quam sede premissus.	118
Quadrigæ. Quadrigatum curros. honor summis viris habitus.	218.
& seq.	
Quatuordecim: pro equestri ordine. Equestria. Sedere in quatuordecim.	188
Quatuoriri. 11. IIIIViralis.	ibid.
Quinquennales. Quinquennalitij.	192
Quinqueprimi. Quinquesummatres. Pentaproti.	197

R. li-

## R

<i>R. literam amississe Scomma Florentia in temulentos.</i>	23
<i>Reinesius laudatus. 6. 7. 11. ab eo dissemum.</i>	12
<i>Robertus Keuchensis.</i>	206. 207
<i>Rota melitensis. 150. Sedere, potare, dormire in rosa, ib. Rosa Album. Rosa Calyx.</i>	151.
<i>Rostra. In yis Curulos.</i>	60

## S

<i>Sagum. Tomentum. gnaphalium. 147. Sagum. vestis. Saio. Saia, ib.</i>	
<i>Scabellum. Scamillum, scannum sub pedibus.</i>	154
<i>Scabilla. Scamilla. Scamella. symphoniacorum. 159. Ver. Inscr. exar-</i>	
<i>minata. Ciceroni lux. Salmasius, Casaubonus, Vossius collati.</i>	160
<i>Scamnum. Scabellum.</i>	93. 155
<i>Scansilia. Subsellia. Cathedraria.</i>	157
<i>Scimpodia, aut lecti docentium.</i>	71. & 135
<i>Scipionis Africani exilium in agro Linternino.</i>	8
<i>Scranna, Sedere à scranna.</i>	137
<i>Sedebant.</i>	25
<i>Secretaria. 80. Indicum. Pratoris. Senatus.</i>	ib.
<i>Secundum dignitatem Coloniz, &amp;c. d'Etat &amp; πόλιας.</i>	201
<i>Sedda. Subleddia.</i>	30
<i>Sedebant recitantes, stabant dicentes.</i>	110
<i>Sedends regula ex Albi ordine.</i>	98
<i>Sedendi ambitiosæ leges. 32. 35. 45. honor.</i>	193
<i>Sedere; De scriptis. 122. Sellariz. Sella deducere. Sellariola popina.</i>	
<i>pag.</i>	123
<i>Sedere in rosis, ac floribus.</i>	149
<i>Sedere in quatuordecim.</i>	187
<i>Sedes Regia, &amp; Sedes Regni. 50. Sedes Herilis, Regalis. Sedile Re-</i>	
<i>gium.</i>	ibid.
<i>Sedes stercoraria. 89. una tantum, ac perperam confusa cum Pontificia,</i>	
<i>pag.</i>	90
	sc.

<i>Sedes vulgaris.</i>	93. 99
<i>Sedes Thessalica.</i>	139. & seq.
<i>Sedes Velaræ. linteatae.</i>	169
<i>Sedes præcellentissima. Sedes magnifica, &amp;c.</i>	139
<i>Sedile pars sellæ, quam insidemus. 86. Sedilia.</i>	108
<i>Sedilia Rhetorica. 107. Anabathra. Subsellia.</i>	ibid.
<i>Sedilia exquisita. Capitolini.</i>	143
<i>Seliquastrum, &amp; Siliquastrum.</i>	36
<i>Sella aurea Cæsaris. 51. aliorum</i>	55
<i>Sella ὀλόχρυσος ex auro rotæ. 58. Sella bracteata.</i>	ibid.
<i>Sella arquata. 115. Sella rusticana, ibid. Sella tripus, ibid. muliebris.</i>	119
<i>pag.</i>	
<i>Sella operata καρδιτηος δίφορος. Seggiola nobis. 120. ad uisa mulieres, infirmi, etiam Consules, ac Principes.</i>	ibid.
<i>Sella procurata. Cælio Aureliano lux.</i>	124. 125
<i>Sella nuptialis. νυμφικὴ.</i>	132
<i>Sella compactilis inter donaria Minerua.</i>	138
<i>Sella transitoria.</i>	163
<i>Sella laxior, eadem dignior.</i>	32
<i>Sella curulis quibus permitta, quo ordine, loco, ac tempore. 45. &amp; seqq. Domini, foris, in castris; curru imposta, aut throno. 48. De Sellis Vett. pleniorum commentarium promittit auctor.</i>	45
<i>Sella Castrensis. 49. δίφορος Βασιλεος, ibid. αὐδήλιτος. cum anachlerio. 142. 161. 162. Sacra Sedes. &amp; ἴνπεποικιλμένος.</i>	80. & seqq.
<i>Sella Imperatoria, αρχικὸς. ἵγεμονικὸς.</i>	49
<i>Sella Curulis: Thuscorum inuentum. 37. non à curru, sed à Curibus dicta. 38. ὑπατικὸς θρόνος: δίφορος Βασιλικὸς: ἵγεμονικὸς, αρχικὸς, ἐλεφαντικὸς θρόνος, ib. Sella αρμάτιος, non eadem ac curulis, ib. Fburnea, Eborara, Curuipes, αγνυλόπτες. 39. Prolata illius imagines, ibid. exanimata forma, ibid. corona desuper, alia, circum, &amp; pedes. 40. 56. 174. Peruersè collocata. 40. Sella auersa, ib. Falldistorio episcoporum non absimilis, ib. data maioribus Magistratibus. 41. 42. Sacerdotibus, ibid. Ludorum editoribus. 42. Virum Vestalibus? ibid. Num cuique Senatori? 43. Berneggeri expensa opinatio affirmantis, ib. &amp; 45. 46. à quo disciduntur.</i>	44
<i>Sella in honorem posita defunctis, &amp; absentibus. 55. cum Imaginibus, &amp;</i>	
<i>•</i>	81a

<i>Statnis.</i> 56. apud eas habita consuleaciones, <i>ibid.</i> & 57. Oblata pecunia.	
<i>Victima casa.</i>	<i>ibid.</i>
<i>Sella balneares.</i> 128. perense. Vaporaria.	129
<i>Sella Medica.</i> 133. Scamnum Hippocratis.	<i>ibid.</i>
<i>Sella puerperæ</i> , siue <i>Obstetricariæ λοχαῖοι</i> . <i>Artemidorus</i> , ac <i>Suidas</i> animadverſi. 131. 132. <i>Rota</i> & <i>figuli</i> olim assimilabante.	<i>ibid.</i>
<i>Selle Familiaricæ</i> . Patroclianæ.	134
<i>Sella plicatiles σχλαδίας</i> . <i>Synesius</i> examinatus.	135
<i>Sella δυσοχεῖς</i> . <i>Pollux</i> castigatus.	138. & seq.
<i>Sellam Principis nefas occupare.</i> 52. capite apud Persas.	53
<i>Sellarum ornatus, &amp; parerga, earumq; prompta specimina.</i>	51. & 52
<i>Sellas circumferebant mima, &amp; circulatrices.</i>	123
<i>Sellis duabus sedere.</i> proverbiali forma: explicatur, illustratur.	<i>ib.</i>
<i>Sellisternum στηλέσπασις</i> . habere <i>Sellisternum quid?</i> 170. & seq.	
<i>Sellisternum</i> . <i>Festus expensis</i> , <i>ib.</i> <i>Sellisternia</i> etiam hominibus, non tantum D̄y's curata.	172
<i>Sellisternum professa</i> , ut <i>Lectisternum pro lecto</i> .	173
<i>Senatus etiam in Municipijs, &amp; Colonijs.</i>	197
<i>Seniores</i> . Signori.	<i>ibid.</i>
<i>Selopia, aut Esopia</i> . <i>Sedilium genus</i> .	143
<i>Sessibulum</i> . <i>Sediculum</i> . <i>Sedile</i> . <i>Sedecula</i> :	118
<i>Seuir gratis in Petron. fragm. Traguriano.</i>	210
<i>Sidonius Apollinaris explicatus aduersus Samaronom.</i>	103
<i>Siege roullant</i> . <i>Rotilellum</i> , <i>Currilellum</i> , <i>Harmocathedrium</i> .	144
<i>Sigma Balneorum.</i>	129
<i>Σύμβολα</i> . Insignia. Ornamenta.	175
<i>Sistere fana</i> .	171
<i>Sodales, quod una scdeant.</i>	31
<i>Solaria Babylonica.</i> 74. <i>Soliorum sublimitas, &amp; apparatus</i> , <i>ib.</i> <i>forma</i> . 75.	
<i>Solia Defunctorum.</i> 77. <i>Solia balneorum</i> .	129
<i>Solaria</i> . Tegimenta subselliorum, <i>ib.</i> <i>Sedularia</i> . <i>Cathedralria</i> . 166.	
<i>expedita l. 4. D. De sup. leg. Turnebus submotus.</i>	<i>ibid.</i>
<i>Solida sella</i> . Solida sedes.	76
<i>Solla</i> . <i>Solia</i> . 71. & seqq. <i>Sola</i> , b. c. <i>Solia</i> . 73. <i>Solearius</i> , <i>ib.</i> <i>Solca</i> . σωλάς.	72
<i>Spectacula: de locis ad spectandum.</i>	105. 221.

Kk

Stal-

<i>Stallus.</i>	281
<i>Spatiarum honor.</i>	288
<i>Stibadia. lectilucubratorij. Scimpodia.</i> 135. <i>Stibadiaprofessis.</i> 136	
<i>Stragulum. Stragula. Instratum. Stragula vefis strigata.</i> περιστράματα, &c.	165
<i>Stroppi.</i>	165
<i>Subsellia συσίλλια.</i> 93 & seq. <i>Subsellia Senatoria.</i>	44
<i>Subsellium Iudicum. Accusatorum. Recorum. Testium.</i> 101. & seqq. <i>pro subsellis merces soluta, ib. Subsellia metaphor. pro iudicis à Caesarbone, &amp; Marcello Donato dissensum.</i>	102
<i>Subsellia simpliciter de equestribus.</i> 104. <i>in Theatris.</i>	105
<i>Summates.</i> πρωτοπολίται.	197
<i>Summotor aditus.</i>	66.
<i>Suppedanea. Suppeditanea ὑποπόδια. Hypopodia συσπέδια.</i> ποδαρία. 153. <i>productæ illorum icones.</i> 156. <i>In honorem prabis.</i> ib.	
<i>Synthroni. Confentes.</i>	68
<i>Synodaticum, æs Curionium.</i>	82.

## T

<i>Tacitus animaduersus, aliter ac Lipsio visum.</i>	126. & seqq.
<i>Templum Augusti ponere in Italia vetitum.</i>	25
<i>Theodora Imperatrix lena.</i>	123
<i>Thessalica sedes.</i> 139. <i>Thessalicus color, ib. Thessalicus pileus.</i>	ib.
<i>Throcum. Thracum. Thocum. Sella genus. Pomponius Festus explanatus.</i>	144
<i>Thronus. Solium. Tribunal. 61. in Tribunali ius dictum, ib. Medij. Principes illic sedentes. 62. quandoq; mistim, aut minus digno loco. 63. Tribunal in castris. 65. caspititium sepè. 66. in Theatris, aut spectaculis.</i>	ibid.
<i>Thronus. De patriarchatu dictus.</i>	82
<i>Tomenta.</i> 147. <i>Tomentum Circense.</i>	151
<i>Tonsorizæ Sellæ.</i> 130. <i>Cælius Aurelianus enodatus.</i>	ibid.
<i>Toralia. Mantelia: illa toris: bac mensis iniecta.</i>	167
<i>Θρύσιο. Θρῆνος. Scabellum. Suppedaneum.</i>	155
<i>Treluiri.</i> 11. <i>Bouillis in lapide inedito.</i>	ibid.
	<i>Tria</i>

I N D E X.

259

<i>Tribu moueri, aut carere ignominiosum.</i> 6.	
<i>Tribus rustice urbanis antehabita apud Rom.</i> ib.	
<i>Tribules.</i> Ex tribu gentes, aut familia cognita, ib.	
<i>Tribuum origo,</i> ib.	
<i>Tribus Fabia, &amp; Scaptia,</i> ib.	
<i>Vrbes, ac populi uniuersi</i>	
<i>tribum proficiebantur.</i>	7
<i>Tribunal in castris.</i>	49
<i>Tribunal. Suggestus. Bema.</i>	58
<i>Tribunal Antistitum.</i> 78.	
<i>Tribunal. Tholus, &amp;c.</i> ib.	
<i>Trullus.</i> Synodus in Trullo.	ibid.
<i>Tribunalium descriptio, &amp; forma.</i>	61
<i>Tribunitia subsellia.</i>	100
<i>Tripetiae.</i> Trespolo. 115. 117.	
<i>Tripodes.</i> ταπειὰ διόφρια.	
Itemq;	
<i>Sphæria, &amp; σφæλιθρια,</i> potius quam σφæλιθρα.	118. & 155.
<i>Θρόνος πολιτικὸς.</i> 108.	
<i>Thronus, Cathedra eminens.</i>	157
<i>Tullius explicatus.</i>	44

V

<i>Vacatio munerum cum procedria.</i>	178
<i>Vas disomum.</i>	77
<i>Velo leuato.</i>	70
<i>Venale velum.</i>	71
<i>Venationes qui exhibuerint.</i> 202.	
<i>Venatio plena.</i>	ibid.
<i>Vestes σημειωται.</i> clavata.	175
<i>Vest. lapides Suessianus &amp; Aicellanus notari, atq; expensi De Honore Biselliij.</i>	
pag.	189. & seqq. & 212
<i>Vincenctus Viavianus insignis Mathematicus.</i>	35
<i>Vitis pro Centurionatu.</i> Vitis honor.	186. 187
<i>Vizzani eruditus liber de Mandatis Principam.</i>	14
<i>Vlpianus illustratus l.</i> 25. D. ad Municipal.	ibid.

X

<i>Xerxis sella α'ργυρό πάς, qua &amp; α'χμαλωτος.</i>	54
--	----

F I N I S.

Kk 2

*D. Inuentius Tortus Cler. Reg. S. Pauli, Pœnitentiarius in Metropolit. Bonon. pro Eminentissimo,  
Et Reuerendiss. D. D. Hieronymo Boncompagno  
Card. Et Archiepisc. Bonon. ac Principe.*

*Vidis pro Reuerendiss. P. Inquisit. Bonon. D. Theodosius Sanusus Pellicanus Bononiensis, Canonicus  
Reg. Lateran. Sac. Theol. Doct. Colleg.*

Imprimatur.

*F. Paulus Hieronymus Giacconus de Garrexiò Sacra  
Theologia Magister Ordinis Prædicatorum Vic.  
Generalis S. Officij Bononia.*

# Ad Sereniss.

# COSMVM III.

## ETR. PRINCIPEM.

### De Muscis odoris Pisanis.



Ertinacem, si vñquam aliás, hoc anno hyemem experti sumus, cuius pomœria in ipsum usque Maij limen irruperunt. Penè obriguimus, cum vetere adhuc hærente, nouo superlapsæ niuis oportento proximi ad boream colles nuper albicarunt. Cœlum vidimus fuscum, & immite; aerem sensimus acutum, & pruinatum, de hyberni sideris asperitate nequidquam remittentem. Quid enim Aprilis moriens adulto Ianuario diuerteret vix agnoscebamus, si vna arctaræ noctis linea non demonstrasset. Et Pisani tamen loquor tractum, qui clementi Iouè, & placida Iunone uti solet. Id igitur in causa, cur hoc ipso anno muscæ suaveolentes tardius prodierint, earumq; venatio non ante instituta sit. Iucundum plane, & nouum insecti genus, quod vnicè sub Pisano Cœlo (quantum hactenus vel apud veteres, vel apud recentes nouerimus) gigni, aut saltem apparere creditum est. Historica proinde animaduersione dignum, & quod aliquam Tibi, SERENISS. PRINCEPS, post maiores cogitationes industriam cupiditatis excitet; qui cum cæteras bonas artes, tum præcipue rariora naturæ cimelia sumillimus Inclito Parenti Filius consecrari non refugis. Vbi primùm itaq; exilientes è latebris odoras muscas speculari licuit, Tibi describo

namq; tu solebas  
Meas esse aliquid putare magas.

*cœs.  
earm. l.*

Non

Non uno in loco intra urbem Pisam ~~modificantes~~ deprehenduntur haec Muscae. Sed notiora cubilia in amphulacris, aut peristylis coenobiorum D. Catharinæ, ac D. Francisci: alibi, & alibi per meos ipsorum domos compéri casas metari etiam sub dio, ubi antea ignorabatur; pleraque reperi nullus ambigo earundem lustra hactenus inobseruata; & mutata subinde coloniam, novasq. sibi latebras prospicere: ubi cungo tandem par sit loci ingenium, cœliq. diaboli, ac per floreas mensas cibi, & alimenti apparatus idem se explicet, tum intra urbem, tum in agro Pisano; quod nuper exploratissimum habui. Ac postquam haec scripta, & Romanum perlata sunt, ibi quoquè de quaestis, & prope Monasterium Cisterciense ad Aquas Salutias, hodie Tres Fontanas, repertis idem genus muscellis me monuit Abbas Octavius Falconerius: consumili nempe Romani, Pisanique aeris temperie. Sed Pisana cubilia à peritis cognovimus illarum vestigioribus: à pueris potissimum vagis, ac petulantibus, qui Imperatorem Romanum emulantes sedulò captant odoratas muscellas. Et quidem foeminis septemfiam impensis coletibus pecuniolas emungunt, prædam venditantes. Cauernulis quippe ex insidijs imminentibus, perioso, aut hinc oculo decuriunt, vel causa manu vias assequuntur. Et foras minibus illæ prodeunt plurimum manifestis, quomodo formicarum videmus, lutoso circum aggervculo; aliquando nullo emulo puluere, qui cæuernam indicet: prout nempe vel aridior, vel humidior terra ira ruat, aut existat; maiorue, aut minor copia sit egerenda ad ostiolum perforandum. Vbi verò solum vel laterculis, vel tabulis lapideis instratum est, è cunctis fuisse sese exerunt. Non lentè, aut remisè volant, sed cum impetu, ac celeritate, ceu trans fugas dixeris; aut operi ponius, ac labori intentas, non sicuti cæteræ vulgares, quæ alienis vicitur sudoribus, quomodo Muscae encomiastes scripsit de ea Lucianus τὰ ὑπὸ τῶν ἀλλων ποιεμένα καρπεταῖ. At volatus illarum intercitus, & abruptus per quadam subinde iaculationes nunc dextrâ, nunc laevâ. Non gregatim, sed soliuagæ, & distractæ figuruntur; quæque priuatum sibi sedula, aut ne paruo (quod inter homines accedit) sociorum coem tempus otiosus tranterant, & ad

ad defidiam corruptantur. Anaxie namq., ac festinæ ad pa-  
stum egrediuntur, quem etiam quandoq. deferunt alendæ fa-  
miliæ. Nihil mirum, si tacitæ, ac nullo itrepitu redeant, quo-  
diam præda oneratæ. Alias namque

*Cantabit vacus coram latrone viator.*

Non tamen ab omni ζῆψι, aut bombo abstinent, præsertim Iun.  
sat. 10.  
clausæ, & captiuæ: ceu alarum trepidatione, aut queritoria  
magis, quam timoru: sicut cæteræ faciunt muscæ cassibus irrew-  
titæ, ac sub lanienam araneorum lamebatundæ. Exeunt ma-  
ne, vbi Sol illuxerit, si tuda est dies: si nubila, paulo tardius, &  
pauciores. Fortè enim aer humectus, præsertim cauernulas  
incolentibus, pigras, & flaccidas reddit alas, corpusq. minus  
agile: quod in cæteris quoq. insectis obseruare est. Solent au-  
tem cum rapido aere ad blandos Zephyrorum flatus prodire,  
& quod Vates ait varum Princeps

— ubi pulsam hyemem Sol aurens egit

*Sub terras, Cælumq; astiua luce reclasit.*

Georg.

4.

Tunc equidem primum circa areolas liliorum conuallium  
(sive quæ nobis mugheri) tanquam in suo foro cupedinario  
cupide versantur. Sed & chamaemyrthinem depascunt, sive  
myrthum pumilam, apud quam assidue apparent: ac tenellis  
fortasse olentium plantarum folijs non abstinent. Aurantio-  
rum deinceps, ut maximè, & citrorum, aliarumue arborum  
Medicarum flores libant: imò ad earum radices per foramina  
vixpiam egredi visuntur, & regredi. Meherclè non sine prou-  
dentiæ laude meratis castris, vbi in proximo sit pabulum.

Sed earum talis est habitus, aut figura. Tenuæ, & longum  
corpusculum, magis quam vulgaribus muscis: capitellum bre-  
ue, ac nigrum, & omnino muscinum, nullis tamen maculis:  
thorax acutior, aluus gracilior, & quæ hæc in ipso procinctu  
iungitur, subtile admodum ligamentum. Zonæ interim, aut  
lineæ, vel segmenta transuersa corpus ambiunt, quasi annuli  
per interualla. Si ultimum numeramus, quo alui cacumen-  
tingitur, quatuor erunt coloris citrosi, aut lutei infernæ; at  
pressioris, & nigricantis superiùs: cætera ferrugineæ, ac rutilæ.  
Esi cum quodam discrimine magis glabras, aut contra asperas  
adno-

adnotarien, colore itidem luteo, nunc presso, nunc diluto, prout apricas magis incolunt, & calori magis obtias cauernulas. Sic minus adultæ, ac iuniores magis nigricant, ac splendent crusta leuiori; ætate autem, ac senio magis colorantur, atque hirsutiam induunt densam, crassamq;. Sed hæc in cæteris quoque animalibus deprehenduntur integris, ac perfectis; nedum in minutis, atque *εντόμοις*. Cæterum color ille subflauus segmentorum, & crurum, verè sunt pili ita colorati, & spissi ordine isthmic conserti. At illis quatuor (hoc differunt ab alijs muscis, quibus duæ) venulis rufo illitis *ὑμέτηροις*, cartilaginez, ac splendidæ, in lacinia magis conspicuæ: duæ breuires, ac subnexæ, & quasi latentes. Ob hanc alatum angustiam (opinor) nullus volantium sonus. Seni pedes pilis asperi, atque internodijs crassioribus, quam vulgo muscarum. quatuor posteriores diuaticati, duo antici rectiores, & breuiuscum, quibus ceu manibus sese emungunt, ac purgant. atque hæc crucula ad luteum colorem vergunt. Cirri, siue cornua, vel antennæ duo in summo vertice camuræ pro oculis habent, si eidem Luciano fides ὁθαλμοὶ δὲ προπαγεῖς τολν. τὸ οὐρανὸς ἔχοντες. Oculi autem prominentes cornuum similitudine. Non deest aculeus, sed breuis, & internus: alii potius cuspidem, quam telum dixeris. Feriunt, & vlciscuntur ὡς σοῦξ καὶ μέλιττα quomodo idem loquitur; sed leui noxa, quasi vrticæ admortæ feruore; pustulæ tamen inde, & sydriacia nonnunquam follicant. Promuscis illis bisulca, & fistulosa, ad exugendum: seu verius forceps ad capiendos cibos, deferendosq;. Et rorulentis quidem sese onerant succis, quos illa pilorum serie stipatos continent, ne dilabantur: quippe

4. Georg.

*Salutis, Sylvasque peragrant,*

53.

*Purpureos metunt flores.*

Siue ut amoenissimi Claudiani huc traham carmina.

2. Rapt.  
prof.*Pratorum spoliatur bonos, hac lilia fuscis,**Intexit violis, hanc mollis amaracus ornat,**Hac graditaur stellata rosis, hac alba lignifris.*

Vulgaris musca Luciano prædicatur, quoniam σύντροφος ἀνθρωποις ὑπάρχουσα, καὶ δυοδιastos, καὶ διαιρέπετος, connictu, cibo,

*cibo, mensaq; vestis hominum. At nostræ vitant familiaritatem, castæque, & ideo suauolentes: nec sordidis, putidisque insident cibis, conuenitq. quod Varro scripsit, Non ut musca liguriunt, quod nemo has vides, ut illas in carie, aut sanguine, aut adipi.*

3. R.  
R. 16.

Palmari sub terram profunditate plus minus luto las illarum caueas reperire est, oblongas, & rectas, & in acutum inferne desinentes, nullo sinu, aut ambage. Suum cuique superne foramen, aut ostiolum unicum; nullo aditu vnius nidamenti in alterum, et si multa simul adstructa, & contexta iungantur; nullæ ceruminis reliquæ; nihil conditaneum; nullum tandem operis, aut laboris vestigium. Illic tamen foerificant oportet, aut semina saltem relinquant; quæ primo vere in vermiculos animantur, mox coalitis alis in mulcas auolent. Puto enim, quod penitus intereant adolescentem autumno; hic Pisces saltem euane- scunt: siue aliorum emigrent, siue formicino ritu per hyberna- les ferias condantur. Quod autem effolsa altius terrâ in area D. Febroniæ obseruatum est ante duos nunc annos, in ijs nidamentis, aut cunabulis nulli foetus muscarum apparebant; sed myrmecia quædam, & succenturiæ vermiculorum penè in- formium cohortes, grumis immixtæ, cænoque implicitæ sine certis loculamentis. quanquam & quædam illic rudimenta- calularum agnoscabantur per cavitates, & alueos luto impre- ssos: eæque muscillæ aliquantum olehant. nec deerat mistim- inspersa materies illa, aut succus subflavi coloris, quem muscæ parentes in alimentum, & lac deuixerant paruularum. Sed hoc experimentum præcipite iam augusto factum: per hæc namq. veris initia bondum comperimus deprædatos florum li- quores à muscis in suas caueas adsportari: quasi minus natâ, aut non indigâ auimenti familiâ.

Odor tandem ipsarum inter Moschum, & Zibethum, & qui- dem fragrans, validus, perdurans; seu viuas, seu mortuas nari- bus exploremus. Sic lincea, vestes, arculas suo halitu afficiunt. Iloquar Plinij sermone, *Vestibus interponi eas gratissimum*, quod ille protulit de herba Salinca. Attritis autem solemus manus illinere, suavi illinc spiritu, ac per biduum, & amplius pertina- ci. Dicam cum Lucretio Caro, gemmis contra non caro.

21. 7.

L1 quod

— — — quod fracta magis redolere videntur

4. 497. Omnia, quod constricta, quod igni contabefacta.

21. 7. siue Plinij verbis, *difracta*, & *ex astrita oleo*. Ceterum hic odor primò iucundior, & pinguior hoc mente; dein calore sese intende acumen, & gravitatem induit. Sed impulsa, & ruente astare, remissior fit; donec primo frigoris tentamento ignauissimus reddatur, tandemque evanescat, nec ipse muscas amplius visitantur, ut diximus. Hoc autem anno (quantum licuit hactenus obseruare) obtusior emerunt fragrantiam: siue aeris frigidiusculi peruvacia: siue florum penuria ob insignem cladem, & plusquam Cannensem, quæ malos citreas tantum non stirpibus deleuit. Lacrymabile est, ut hyemis inclemencia rabida, ac protervæ squalent; sine frondium crinitibus, sine germinum succo, sine surculorum lacertis; tanquam corpora skeleta; quibus sola extant ossa truncorum arenaria, solæ stipitum, ac ramalium desertæ, ac miseranda horreant retinacæ. Verè enim suus cibus est flos nostris animalculis, aut tenella, & odorata frondium cacumina: ex cibo odor tum viuis, tum extinctis; quod halitus ille flores dapis ingestus egeratur, quin etiam in melius calore, & decoctu reformetur. Non furus conditum, non medicati cadaueris antiqua sanies escam illis præbent; quod nonnulli parum consule edib[us] persistarent, quoniam è cryptarum, ac coemeteriorum foraminibus (ut pote magis vulgata ea latibula) muscas exilire vidissent. Hinc necans, & extritis (in suam quippe fragrant perniciem) florem nescioquid exhalans deprehendimus; præterim si crudius adhuc pabulum intra pusilla intestina subsideat. Atque hic ferme capientium, & feruantium mos est, intra pyxidiculas, aut ampullas vñà cum floribus pro diario, & opsonatu includere; perforato ostiolo carceris ad expirationem, & noui subinde aeris recursum. Sed hæc enucleatius, ac fusus in commentariolo, quem meditamus de hisdem muscis, earumque generatione, atque ortu; ubi complura alia in vniuersum de odrum natura, viribus, vsu, & philologicis, quin etiam physiologicis fontibus deducimus. Non desperamus interim nobis symbolam aliquam ab acutissimo, cultissimoque Laurentio Magalio,

lettio, cuius ore Eeruscas Musas locutas fuisse gratulor, cum philosophari nuper voluerint. Exercitationem quoque physicam ab eo texi audio de Odoribus: nihil publicum, aut turmale re-dolebit: ut omnia mihi selecta spondet rarissimi ingenij sublimitas. Interim haud perirent penitus negotiosi Tui otij subseciua, PRINCEPS SAPIENTISSIME, quoties post curas grauiores leuidensibus hisce auocandum animum demiseris. Si quid namque ad cultum pertinent lauioris fortunæ, virosumq. Principum deliciosis peccatibus quæsitiora odora-menta conuenient; quis verabit eorumdem ingenia odorarijs meditationibus iucundè affici? Certè Te decet auctoritate, fauore, opibus auream ceu clavem ministrare ad scrinia naturæ referanda: quibus tenuiores homines tum cognitionibus rerum ditescant, tum pietate excitentur ad Deum summum artificem collaudandum. Sed iamdiu studia hæc souere, atque impellere Serenissimæ Tuæ Genti ingenerata laus est.

Quod autem vnguentaria hæc animalcula multas appelleim, sequor vulgi nomenclationem; potius namque ad vesparum, aut apicularum ordinem me iudice accedunt. Aculeus, alæ, figura, color, cibus, nidificium à muscis non paulò discriminant. Sed veterum quoque vñ, doctorumq., & eruditorum adprobatione μῆτρα Musca appellatur quoduis paruum, ac volans insectum. Multa Muscarum genera me docet facer Codex Exod. 8. Ecce ego immittam in te, & in seruos tuos, & in populum tuum, & in domos tuas omne genus muscarum, & implebuntur domus Aegyptiorum muscis diversi generis. Fortean inter eas nostræ quoq. odoratæ? Quanquam nobis voluptati sunt, & blandimento: at Aegyptijs in poenam, & flagellum diuinatus immisæ. Nostras quoque respexisse videbitur Ecclesiastes cap. 10. Musca morientes perdunt suavitatem vnguenti, eoque allusit indubitanter, ac digitum veluti intendit D. Hieronym. epist. 20. ad Marcellam: Musca moritura oleum suavitatis exterminant, vt saniores præferunt Codices inani glosternare expuncto. Sed Musca hinc de apibus meritò sunt exponendæ; vt contra apum nomen muscis inditum reperio apud Lamprid. c. 26. vbi de Heliogabbalo: *Clandetias in circoscendi uagi inservit muscarum, apes manus eas*

*tas appellans.* Atqui eo muscarum verbo apes quandoque indicari, atque alia minuta insecta in sacris paginis haud semel monuit V. Cl. Samuel Bochartus Hierozoo, siue absolutissimo, & stupendæ eruditionis opere de Animalibus Sacrae Scripturæ. Placuit tandem lucubrationem hanc nostram addita fabella nonnihil exhilarare; Sed fundus apologi Pausanias lib. 5. siue Eliacor, prior. Narrat enim de Muscis à Ioue in exilium pulsis per ludos Olympicos, ne conuenis crucem figerent impudentiam, ac voracitatem. ac de Ioue muscarum depulsore, & abigeo, Deoque *ἀπομύη*, siue Myiagro, aut Myiode, extat etiam apud Plinium 29. 6. & 28. 10. eundem Pausanias lib. 8. Omnium accuratissime Salmasius ad Solinum pag. 12. qui tum veteres, tum citeriores ad examen vocat. Ego autem fabulor tristis exilij denunciatione percussas muscas Iouem exorasse, sibi ut liceret saltem Pisas Etruscas migrare, & apud populum Elide oriundum, cognatumq. diuersari; thymiana odoratissimum pollicentes, quod ad ripas colligant Arni, mox ad aram Iouis silent post ludos exactos. Hinc etiam hodie ex longo traduce muscas odoriferas sub Pisano Cœlo durare, quæ antiqui mestores instituti in opere odorario desudant, atque elaborant. Mirè profectò consentiunt omnia ad fidem faciendam mythologiaz nostræ. Utrobiq. nomen Pilæ, tum in Elide, tum in Etruria. Illic muscarum concursus, & abactor Iupiter, aut alias Deus: hic noua illarum soboles sele prodit: & quidem eopse tempore, quo ludi celebrabantur in Elide ad aestuum solstitium. Tunc enim quoq. Pisane Muscæ suo videntur labore defunctæ, quasi Eucharisticum mox reddituræ confecti odori operis, quod Ioui placando vouerant. Hoc solum namq; postremum comminiscimur; cætera testimonij nituntur non vatum, sed historicorum, Pausaniz, Plinij, Aeliani, Solini, aliorum. Adiungere itaq. & mittere audeo expressum carmine ludibundæ musæ commentum.

*Q*væ sacer Alpheus Stympali è vertice rupens  
Pisæos populos clara mox, gurgite lambit,  
Ad virides illic ripas, camposque patentes  
Quartus ubi Sol nunc bramat, nunc reddidit estum,

In ludo effusa ruis sudore curvlo  
 Sepenis n. etiam spatijs obistra inuenies.  
 Incensis latè fibris aleuria strident,  
 Mille caduntque rouè votino sanguine dona.  
 Grex ibi muscarum petulans tunc fistere circum  
 Sacrificos, pecudes, lances, liba, ora precansum;  
 Ire, redire simul, cætusque agitare voraces.  
 Guri Diuum Rex (sacra column hunc iurgia cursus.)  
 Talia profudit commoro è pectori verba.  
 Muscarum hinc migræ populus, nec Olympica recte  
 Infesto dum festa manent examine turbent.  
 Hec ubi dicta dedit, subito percussa dolore  
 Vix sterit agra cohors, damnisq; coborruit altis;  
 Hac, illac mæstè volitans, trepidèque pererrans.  
 Ast uni aligeras inter crescebat in ore.  
 Et decor, & senium, & procero in corpore virens:  
 Guttura seu lato, seu moris exit ab aliis,  
 Dum volat, hinc maior sonitus, graviorque susurrus,  
 Quo roties depulsa petit, repetique fugantem.  
 Firmior est thorax, succosor albicat alius,  
 Et bifido vertex cirro cristatus imborres.  
 Densa pilis series dorsum, peccusque, latusque  
 Obregit, & nodis bene constant crura repanda.  
 Sic animosa volat, bibula sic cuspide fugit  
 Nunc fluidos artus, semesaque viscera tabo,  
 Marcentes putore cibos, cariemque relietam,  
 Nunc corium plagis linens, & pondere duro  
 Attritas costas non aquæ mentis aselli,  
 Qui longas nequicquam aures, caudaque flagellum  
 Quassauit lassus morsum depellat ut acrem.  
 Tot donis natam imperio, sceptrique capacem  
 Hanc musca exorant tristi succurrere sorti.  
 Qua exilium miserans, indignaque fata suarum;  
 Sic pudibunda lumen lacrymis affatur oboris.  
 Ergo sacris, ô Summe Pater, velut impia turba  
 Pellimur, & nostris profuga decedimus armis?

## 270 EPIST. DE MUSCIS

Si quid vota valent, si quid suspirio nostra,  
 Et misera voces exaudi Rector Olympi.  
 Per volucrum dominam, gerules & fulminis vagas,  
 Quo Cælum quægas ruptum, terramq; regemus.  
 Alis nos vebimur quoq; nos quoque findimus alibam;  
 Et nos pugnacis frontis mucro durus obemas.  
 Mactatas piget verum sic linguer carnes,  
 Tisque dapum in Indis cumulos, mensaque cruentas.  
 Sed postquam migrare iubes, longèque perire,  
 Non patrj Cæli rorem, non dulcia poma  
 Sugere permittis, tandem permittis, quod ore,  
 O licet saltem gentiles querere terras  
 Quanquam non uno submosas ergise Ponti,  
 Et quondam Elico de sanguine visere cresos  
 Aonidum genus antiquum. Pelopisque nepotes,  
 Arnas vbi dives Tyrrhenis condituri undis.  
 Frugiferos inter campos, & pinguis culta  
 Marte feroxa Pisatis stas domus alta colomis  
 Sucta mari latè dispercas vincere gestes,  
 Nomen adhuc retinens nostrum, & cum nomine famam.  
 Excipias saltem muscas hac via fugas;  
 Dum rapidi certant axes, dum sacra adulentur;  
 Exiliū hac remaneant nostri solatia nobis  
 Cognatos populos, Graiam diuertere ad urbem.  
 Spondemus (quid parua potest tibi reddere magnum  
 Musca?) at spondemus tamen hand ignobile murus,  
 Etruscum si quando dabis contingere terram.  
 Ad tepidos flatus, ad mollia sydera Cæli  
 Pullulas ò qualis passim quasi vere perenni  
 Matutina cohors florum sub lumine primo,  
 Citrea quos profert malus, quos arbor ab auro  
 Nomen habens latis illie tutissima ramis!  
 Carpere præcipuano bos cura est, prædamusq; tenellam;  
 Nunc onerari pedes, nunc dorsum implere, sinuansq;  
 Germine fraganti, & rapido farbere liquores;  
 Quos talor ingenio recognens, atque arte magistras.

D-

Dadaleum compenis opus, tam suave redundans,  
 Quantum non Syria valles, non rura Sabea,  
 Non ihus, non costum, non casu reddit amorem,  
 Hoc thymiana tuam reduces p. nemus ad aram:  
 Quas prohibes, musca sacris donaria sistens.  
 Annuit Omnipotens van torua fronte rogetus,  
 Atque animum mulcens, penitus tenuisse acerbam.  
 Tanc Regina migrat densis comitata caternis:  
 Quis procul : gressa tangis secessibus errant  
 Dum teneant arni ripas, sedemque capitam.  
 Muscarum hinc proles durat de semine prisco  
 Thuscus Alpheia campos bene sedula libans,  
 Que ventre artifice exhalantia doma reformas,  
 Et nona de florum succie myrothecia condit.

Sed quando Pisani huius indecti rarum prorsus odoramen  
 hoc nostraxit, repetamus hec cuen Plinio, Rerum natura ann.  
 quam magis, quam in minimis tota est. quod si idem naturae con.  
 fultus in admiratione posuit, ut Pisaniq; aquis calidis saepe  
 innalcerentur, ego inter rariora, & magis insolentia suaves  
 istas, & Arabiā spirantes muscoetas libenter repono. Viue  
 du Sospes, Foelix, Sapiens.

Pisces 10. Kal. Iun. 1635.

Sereniss. Tuꝝ Celsitudinis

Famulus in perpetuum obsequium pronissimus

Valerius Chimentellius.

*Quaedam errata sic corrige.*

Pag. 12. lin. 12. Antoninus. 14. 8. Apuleio. In fragmento. 16. 11.  
 loquutus. 21. 24. Cælareis. 27. 32. deprehenduntur. 43. 26.  
~~καθίζειν~~. 49. 19. declarare. 57. 31. ὄλόχρυσαι. 58. 15. raci-  
 tum. 59. 27. S. Contulti. 42. 9. τὸ προέδρος. 61. 21. ciuitavit.  
 62. 23. τὸν ὑπάτων. 64. 18. γάρφα. 65. 2. diarrhæam. 68. 4. & 7.  
 Marcilius. 72. 4. tollisterium, & 16. ἀρτίσιχον, & 24. Mœurs,  
 & 26. editus, & 30. Hellenistum. 82. 31. Nilus. 88. vlt Leggio.  
 92. 26. Vertigo. 96. 21. Tribunitia subsellia. A subellijs. 117.  
 16. σκέλυθρα. 132. 12. pueroram, & 18. plicatilem, & 24. capse.  
 135. 33. qui de diuitium luxu, & 35. καθίζονται. 138. vlt. enum-  
 rauerit. 141. 25. acutius. 144. 22. Chiramaxium. 148. 32. de-  
 seruerunt. 153. 11. scabella. 156. 2. subiuncta. 162. 30. Citha-  
 ristram. 163. 31. literæ L. 168. 8. memorant. 177. 11. quid si  
 ipsi. 190. lin. 24. post illa verba *Nine* pro *Nene*. Dum hæc autem  
 sub excusoris manu premuntrur, contingit me doceri cuiquam alteri  
 in mentem venisse non *Bis illi*, sed *Biselli* legere in Sueffiano lapi-  
 de: quo pacto eum produxit Abb. Vghellius tom. 6. It. Sacrae in-  
 episcop. Sueff. Felicem: lubidinem agnosco, cum alioquin literæ E  
 in Biselli voce se surripuerit veteris oribus Smerio, Augustino, Grati-  
 tero, qui Bis illi legerunt. reliquis contra partibus sanam illi dede-  
 runt; Vghellius corruptissimam videtur accepisse, 218. 18. Co-  
 lossa. 230. 17. lætabatur.











